

1730.

1. Leibiger, Iohann Gottlob: An et quatenus vidua superest
defuncto marito repetere possit illata secundum statuta
Lembergenses ..
2. Klingner, Iohannes Gottlob: De pactis coheredum
Nivoriis. Ver. Sb. Kirzleiter.
3. Lindner de Lübenwick, Philippus Hieronymus Albertus
Tinnotheus: De veritis et coram in febris non
meum T.Q. T. veritis peris
- 4^o = Reinecker, Jacobus Lazarus: Id quod praecipue
justum est circa superamenta ex prima mortuis
celebratione fribili. 2 Sept. 1730 - 1767.
5. Reinecker, Jacobus Lazarus: De odio operarii
aristocratici immunito.
6. Reichart, Thesius: De potestate procuratorum precos
impositionis percussionem in alienum transponendi.



7. Reinharts, Tobias Sac.: De iure aquarum metallorum singularium regio omni Bas - Warwars.
8. Reinharts, Tobias Sac.: De iuris delictorum alterabilibus et facultatis conflictis ac utriusque ratione fundam competentia.
9. Reinharts, Tobias Sac.: De rebus in dominio publico existentibus.
10. Reinharts, Tobias Sac.: De periculis rei sanctae ante resignationem et in restitutam jurisdictionem iur. Sac. Et ad dominium transporandum necesse saniam in entrem transirent.
11. Schmidtus, Christianus Fridericus: De iure filiatus in fendo competente.
12. Schruckerpus, Fridericus Boenicker: De bonorum ecclesiasticorum mediatorum et immunitatibus.

Differencia respectu reservati undescartie.

13. Seitz, Ernestus Fridericus: De privilegiis ad supplicia
Tammatorum.

14. Stroeder, Con. Wittenburg: De muliere cont. I.P.
Vellijam et auth. s. que mulier, obligata.

15. Stroeder, Con. Wittenburg: De differentiis fundam
haereditatariorum atque ex pacto et prorogatio
Talium.

16. Stroeder, Con. Gudium: De iure a cneis
jure circa se ipsum.

17. Stroeder, Con. Wittelius: Curatorum litis ex
partitione[m] rei mobilis tempore ordinat
pro. Med. Soc. veteris pignori datur et
translat, atque illius litione, ad manus,

22

concurrit temporibus regnorum primorum orbis
in Terris Ecol. Sec. inefficaciter pertinet
... exhortat.

18. Stein, Dr. Philippus, Facult. iur. dicte decanus
1. b. s. (ad Disputationem Incolae Henrici Hille
invitat).
19. Stein, Dr. Philippus, Facult. iur. dicte decanus:
1. b. s. (ad Disputationem Iacobi Christiani Raßelius
invitat).
20. Stein, Dr. Philippus, Facult. iur. dicte decanus:
1. b. s. (ad Disputationem in agro. Georgii Christiani
Pasingeri invitat).
21. Stein, Dr. Philippus, Facult. iur. dicte decanus 1. b. s.
(ad Disputationem in agro. Iacobi Friderici Rong
invitat).

22. Tengell, Ernestus, Facult. iuris Dicæ Decanus 1. b. s.
(ad disputationem in agr. Christiani Friderici
Schmiedii invitatus).

23. Tengell, Ernestus, Facult. iuris Dicæ ... Decanus:
1. b. s. (ad disputationem in agr. Henr. Ioh.
Gottlieb Zimmermanni invitatus).

24. Tengell, Ernestus, Facult. iuris Dicæ ... Decanus:
1. b. s. (ad disputationem in agr. Friderici Willelli
Kunkholzi invitatus).

25. Tengell, Ernestus, Facult. iuris Dicæ ... Decanus:
1. b. s. (ad disputationem in agr. Dr. Gottlieb
Fichtigeri invitatus).

26. Tengell, Ernestus, Facult. iuris Dicæ ... Decanus 1. b. s.
(ad disputationem in agr. Gottlieb Henr. Kunkholzi
invitatus).

27. Tengelius, Ernestus : De restitutione
arcaei et sponsalium ligatus morte sponsi
vel sponsae interveniente
- 31
28. Tengelius, Ernestus : D. eo, quod justum est
circa personas in furo litigantes presertim
actoris et rei
- 35
29. Tengelius, Ernestus : Ne pena criminis impun
facti se conctus in criminiibus.
- 36
30. Tengelius, Ernestus : Ne iure mercatorum
nigalari.
31. Tengell, Ernestus : Nec eo, quod justum est circa alterum
fatum usurparum.
32. Tengelius, Ernestus : Ne amputentis processum
ambigiles.

33. Tengelin, Inuestus : De differentiis jure
virilis et feminini circa matrem vel
marum voluntatum.
34. Tengell, Inuestus : De alimentis partu adductis
et incertis praesertim.
35. Tengelin, Inuestus : De minorum restitutio
in integrum prius capite seu de celsitate infima
36. Ziegler, Petrus. Mus : De matelium restitutio
in legitimacione liberos non illegitimos.

A
P

I

P. A.

16
Pri. 3 num. 44.
Erhart 1930 46
5

CONTEMPLATIO
REPETITA ATQUE POSTERIOR
SVPERAMENTORVM
EX PRIMA
MATERIAE
ELABORATIONE FABRILI,
VULGO
des Bald - Spahns,

179
ID IMPRIMIS PERQUIRENS
QUOD IN EA CAUSA PRAECIPUE
IUSTUM EST.

AUCTORE
JOACHIMO JACOBO REINECCIO.

z. v. d.

HALAE MAGDEBURGICAE
LITTERIS VESTERIANIS MDCLXVII.



183
GREGORIUS
PATER
MAGISTER
THEOLOGI

ET
THEOLOGI
SCHOLASTICI
CONTRARIO

ODESSINIENSIS
ALCIMONIUS

NAPOLEONIS
MAGISTER THEOLOGI

VIRIS
ILLUSTRISSIMIS
AC
MECAENATIBUS,
IN
MUSARUM CASTRIS
HEIC VERSANTIBUS,
AC
IBIDEM SEU
DOCENDO SEU DISCENDO
OCCUPATIS
ET QUIBUS
EXCIPERE EOSDEM CONSTITUTUM
FORE CONFIDAT,
S. P. D.
AUCTOR.



VIRI ILLUSTRISSIMI,



Rerum antiquarum alias non incuriosus,
nescio tamen, vnde istud institutum
cœperit, quod consuetudo diurna
trivit, vt hoc puncto temporis anniuersarii, no-
viique veris hiemi senescenti adiuncto, tanquam
boni ominis causa, id genus strenas inuicem
mittant, quæ ab oui aut figura aut ornatu
dignitatem sumere putantur, iisdemque fauores
& amicitias firmare soleant. Vtcunque habeat,
nihil dubito, nihilque metuo ab inuidentia ma-
leuolorum hominum, cum occasio datur inflam-
mandi obtrectatores quoscunque, modo offi-
ciis honestis eam inuidiam mihi parari intelligent,
eaque in gloriam venire, quem dudum vellent ex-
tinctum cumulatim miseriis affectum. Ecquid
autem est, Viri Illustrissimi, ab alba aliqua gal-
lina exclusum, quod portem doni? Inter eos
nimirum, quibuscum de communibus studiis
nostris singulariter aliquid agitare dudum in vo-
tis habui, vel in primis occurrebat, Nomina
Illu-

Illustrissima, modo tempora ob cladem & publicam & priuatam hactenus fere extremis miseriis transfigenda ad commentationem aliquam satis accommodata contigissent, quam dicare iisdem non subuererer. Suscipietis igitur, quod etiam atque etiam contendō, donec quidquam majori cura atque limatius elaboratum obueniet, tuendas hasce meas curas et cogitationes posteriores, adjectas dissertationi inaugurali juridicæ ante multos annos habitæ & nunc recusæ. Non deerunt autem fortassis, qui causentur, leuius esse hoc munus chartaceum quam pro decentia istud offerendi viris tam eminenti stemmatum, meritorum, honorumque in gradu positis, ceu quo recenti vix comparandum. Proinde, si videbitur, aut fingant isti, quibus neque nostra ad palatum sunt, neque omnino sapientia veterum placet, ipsimet lactucas suis labris similes, aut faciat non nemo interpretando, vt lumen credat fabulamque, qui ipse totus sit in eo, vt fidem faciat dictis apud alios, quibus se maxime diffidere, factis comprobet. Mihi tamen integrum erit instare narrando, vt sentiat enunciati persequenterissimum.

In finibus Lyciae hoc contigisse ait Poëta,
vt illuc tenderet Latona puerpera, longoque

itinere defatigata, eo grauius & ardentius sitiens aquas, illas prospiceret in quodam lacu imas valles irrigante. Rusticam gentem, quae ibi opus faciebat, istam peregre venientem & procumbentem in genua vetare; filiam autem Cæi hos barbaros sic alloqui: quid prohiberent aquas? quarum sit usus communis a natura maximis largitionibus factis concessus; ad publica munera capessenda se venire, quae tamen ut dentur supplex oret. Nihil fore etiam, quod vereantur ne beneficio vteretur insolentius aut in abusum verteret. Quid multa? pergit Latorna, mater videlicet earum artium, quae non tantum ad humanitatem pertinent, sed ex quibus informentur homines, ut secundum naturam viuant, eandemque sequantur:

*Hauſus aquæ mibi nectar erit vitamque fatebor
Accepisse simul.* —

Enimuero nihil aut blanditiarum aut extremae necessitatis, ut teli a fortuna aduersa immissti, mouere potuit homines istos barbaros atque immites. Perseuerabant hi in incoepio obstinatius prohibendo supplicem, additis minis, nisi mox loco cederet, tanquam proprio, neque ullis parcebant conuitiis contumelias &

ma-

maledictis, quibus discrucianter immerentem & meliore fortuna dignam; quin laborant manibus pedibusque, vt turbent puros fluminis latices. Quid agat igitur aduena alienigenarum hominum studiis atque externa virtute priuata? Certissime persuasa, non satis fore, si verbis minoribus, quam pro dotibus diuinis aut indignis supplex fieret, illud vnum restabat, vt imploraret ope in summi rerum moderatoris. Nec spes confisa Deo fecellit eam. Vniuit in isto stagno agrestis turba, quam juuat esse sub aqua, sub aqua satis turpis sua impudentia atque exercenda litibus lingua, neque hic mutata specie hominum, quae ipsis deceperat, mores mutant, aut istum inuidiose criminandi habitum, qui voce jam rauca non cessant alios quamuis innocuos & viros melioris notae, nec exceptis qui inter decessores principes fuerant & summi, maledictis proscindere, vt facile agnoscantur seriphiae ranæ, deportatione in scyrum multandæ, vt tandem obmutescant a maledictione & loqui discant, quae publice profint.

Absoluta fabula, quæ acta fuit quondam, non inutiliter quæreretur, vtrum fortassis nunc quoque, eadem ludatur mutatis tantum personis

nis? Quin subeat fore, vt porro id ipsum agant,
similemque exitum sortiantur fatui proseleni.

Sincerum literarum bonarum studium est,
quod impellit cogitque rem narrare hoc magis
dolendam, quo major dimicatio, quo vicinius
est discriben^r, quorsum adducuntur incursum
non tantum fortuna, sed & ciuilis officii probi-
tas. Quemadmodum enim contaetu in ho-
minibus morbi vulgantur; ita qualiscunque sit
ora, quae in opinionum peruersitate verisetur,
mira facilitate trahet alias ad deprauandum pa-
ratas. Quis quæso, commoratus inter barba-
ros longa consuetudine, non ipse quoque euadet
tandem eorum similis, sic ut inter Baldos
Accursios, Dinos, Castrenses, ejusque farinæ
alios, puritatem latini sermonis corrumpat?
Quam ob rem bona vix discep juvenilis ætas,
nisi a bonis. Cum igitur nihil verius sit, sen-
tentia Socratis, qui rogatus, quid deceret olere
fenes? respondit: probitatem; iterumque dein
de rogatus vbi hoc vnguentum venderetur? re-
posuit istud Theognidis hemistichium:

ΕΘΛΩΝ ΜΕΥ γΑΔΓ ΑΓΓ' ΕΘΛΩΝ ΔΙΔΑΖΕΙΟΥ.
Illud ipsum non neglexisse, a perniciofa ve-
ro improborum hominum confuedudine non mi-
nus

nus atque a barbarie plerorumque Nominalium nostræ ætatis cauisse sedulo, in parte beatitudinis veræ non minima pono. Sed oportet pars sic animatum, quotiescumque contigerit, ut in se tanquam fortunæ ludibriis expositum omnia turpissimaque maledicta conferantur, res, non verba, ad purgandum se parare. Quantacunque enim jure ciuili unquam proposita fuerint aut præmia virtutibus, aut supplicia vitiis, falli tamen reor, qui putauerint, eam vim inesse legibus, qua vir bonus fiat quisquam. Virtus quippe si modo tradi ratione quiverit, vix credendum est, hoc fieri posse minis; aut vi metuque, sed magis instituendo et persuadendo eam tradi necesse foret. Scilicet, quam sit pulchrum, cauere omne malum, ipsum quidem illud etiam sine cognitione juris scire poteramus. Sin quis dubitet de eo, qui aliis in historia Romana princeps visus fuerit; numne sui temporis fortassis viro, non ultra prospicere datum fuerit, ut non nisi Romano more loquenter, cum aperte & confidenter inquit; nulla ingenia tam prona ad inuidiam esse, quam eorum, qui genus ac fortunam suam animis non æquant, quia, virtutem ut bonum alienum oderunt; hunc minimum experientia, si videbitur morum sanctitatem lequi non minus, atque

X

que modestiam æquitatemque, aut animi al-
titudinem, latere non sinet, eandem huic quo-
que seculo maculam adspergi, quod saepius nec
pauci illo haberí cupiant tales, quales esse sibi
imponant, vtcunque spectatae virtuti inuiden-
tes, cuius fatentur duriorem esse conditionem,
quam incognitæ. Neminem autem recte beatum
ferri opinantur, si non, quod illius virtuti
fortuna conjuncta sit, quæ maxime splendeat.
O vanam vero, nec in villas partes defenden-
dam, imo radicitus ex hominum animis extra-
hendam persuasionem! Hi certe non possunt
non in suspicionem venire, quam metuant bo-
num quemque & virum et ciuem, de cuius pre-
tio nolint statuere quidquam præter hujuscemo-
di visionem externam & aduentitiam in rebus
ad voluntatem nostram fluentibus. Habeat fa-
ne multum difficultatis, non modo stimulos doloris,
sed etiam fulmina fortunæ contemnere.
Ut tamen periculum faciat, licebit, modo in-
nocenti, religioso atque constanti, qui in se
tanquam ipsa nitatur conscientia. Hæc et-
enim, quemadmodum magnum alias solatium
est; ita cum stabilitate copulata faciet in aduer-
sis non minorem reverentiam aduersus eum ad-
hibendam censi quæ conciliare ipsi posset in
rebus secundis magnus meritorum cumulus.

Sapi-

Sapientes certe & probabiliori gustu præditi eundem æque amabilem futurum augurabuntur, vna vice ob animi moderationem & æquitatem, altera vero propter robur et grauitatem, cuius magnitudinem nec superare queat conditio lautissima, neque deprimere tenuissima, vt potius vtraque nobilitatus nec immerito audiat. Quem autem fugit? Existere etiam injurias sæpe calumnia quadam et nimis callida vel malitiosa juris interpretatione, quæ sumnum jus commutet summa injustitia; vt longe tum præstent quæ sine omni arte prudenter administrantur judicia præ tali astutia, quæ magis faciat ad decipiendum, quam ad judicandum. Hæc nimirum est illa sine morsu perniciofa vis reguli, cuius per figuram Aegyptii sacerdotes seniūs mentis effingere consueverunt, non ignari, qua ratione sic animati confidere homines tentent; vt quæ palam morsu infixo dicere non audeant, ea clam auribus principum insuffrare conentur, quo diluendi caufa præripiatur: Frequens jactatur hujuscemodi querimonia de locis, quæ circumstant, et temporibus quæ incident, cum ea quæ maxime digna sunt iusto homine, eoque quem virum bonum dicimus, sic commutantur, siuntque verborum lenociniis ex fuso contraria, si non ad fundamenta iustitiae prima refe-

rantur. Quam facile igitur his prætermisſis, vt
a vero falso, ab albo nigrum excutiatur, con-
tingere, et quotum cumque non sic delatum ex-
trema quæque pertulisse fatendum est? sed quia
nostrum non est percontari, an res cuiusuis fa-
tis saluæ sint, aut quibus viis huic calamitati
aliquando obuiam ire licuerit? nunc quidem
nihil habeo, quod tandem adjungam. Viri Il-
lustrissimi, præter id, quod Vestri causa maxi-
me in votis est, quorum quisque ante alios a-
pud nos præstat non tantum aut genere sum-
mo, aut dignitatis pari gradu, sed morum eti-
am suavitate atque indefesso bonarum littera-
rum studio, et quos fortuna supra inuidiam
etiam positos esse constat. Quamobrem faci-
etis, vt experiar imposterum me haud ingratius
vestram humanitatem appellasse, quæ afflictum
facile adlata consolatione excitabit tot tristes
casus sustentatura. Euenient vtique optata,
et videbo his oculis Vos cum familiis splendi-
dissimis semper saluos, incolumes florentesque
vivere ac ætatem transigere justam. Id ipsum
vult, quo nunc riuos claudio, et quo nec anti-
quius quidquam est aut magis latinum, valete et
me amate. Dab. Hal. Saxon. VII. Kal. April.

PRÆ-



PRÆFATIO.

Specimen dare jussus publicum, quo
via mini aperiatur ad consequen-
dos in vtroque Jure honores sum-
mos, cogitare cœpi, qua de re po-
tissimum dissererem, & venit mihi in mentem,
quod persequi constitui argumentum, præ for-
mari oporteri opera fabrili prius materiam ædi-
um, quam spectet ad subditum cura, eandem
plaustris impositam deportandi. Hoc ipsum per-
ficere conabar, primum ordine explicans, in
quo illa opera fabrorum, ligna dolantium, quam
sub nomine der Bewaldredchtung indigitant, con-
sistat,

A

sistat, quæque eandem circumstent; postea qui-
busdam positis principiis monens, quid circa ope-
ras hominum obsequiales, imprimis aëdilitias, ju-
stum videatur: tum denique famosam illam quæ-
stionem; An & quatenus rusticani teneantur
vehere dominis materiam, nullo tum artificio
elaboratam, quam curta hoc supplex permitte-
ret, penitus excutiens. Enim vero quum in
prolixiorem hæc opera excreverit tractationem,
quæ jam prelum expectat; nunc ne plane aliud
agam, simulque tempori parcam, quo vtor
sat brevi, ad summam hæc redigere in animum
induxi.

Vt fugiam magis recordationem apud Lectores hic excitatae expe-
ctationis eorum, quæ aliquando in commentarium multo pleniorem
referre institueram, fecit injuria temporum et casus belli, quem satis
desire numerum potero, cum non paucis quondam ciubus commu-
nem, alias satis notum. Consumserunt enim anno supra M. quingente-
simo et sexagesimo, (vt tam inclemens fati funestique tristissimam
imaginem, paucis expediam,) flamarum fulua et tortuosa volumi-
na totam domum, omnemque in bibliotheca instructa librorum etiam
Msc. copiam, & quicquid erat reliqua supplexstilis. Alia autem istis
diligenter a nobis digestis consertanea, quibus interea in publico ver-
fari contigit, videlicet diff. de odio operarum aëdilitiarum immerito, in-
securæque meditationes in rem rusticam & fabrilem, & denique ipsa
*Commentatio de rusticis quondam seruo, subita fere & ex tempore sunt
scripta et pars non minima ex itinere confecto; non sane, quod ope-
rae preferint, sed aliquid dandum fuerit contentioni amicorum, qui
talia pepigerant, probe gnari, negotiis forensibus quotidie occupato
integrum vix fore limam adhibere, & singula semel iterumque expo-
lire.*

lire. Excitare poteram, nescio quo auctore relata in vita Celeb. *Eboracis* ap. Weidlich zuverlässige Nachrichten von iehlebenden Rechtsgelehrten, nisi habuisse, quam obrem antestarer, ejusdemque causa commonefaere nimium credulos e re fuisse. Praeclarus utique conscientia suffitor, quicquid exarare institui unquam, in eo semper ex bona fide egisse, neminem mordere ausum, aut cum quoquam viro docto contendere immoderatus; tametsi non raro dissentire coegerit veritas, quam plerique in vocabulis & ejusvis rei nomine aut malent aut aversantur præ ipsa re. Pepercisse me literis aliquando, imo chartæ & temporis, fateor; quum forent & deferrentur ad me, quibus esset tantum otii, ne dubitarent aduersus me calatum stringere, digladiaturi quoque, si quid responsi dedisset. Talem vero quæ se tota vita geserit, cum boni viri nomine non indignum existimabunt æqui doctrinarum arbitrii; si vel maxime acutius sibi cernere videantur, & meliora exhibuisse, deque statu hominum, imprimis horum qui ruri degunt, ex medii ævi rationibus dijudicando, ne conspiacent nobiscum, cauise.

§. I.

ITaque consideraturo, quæ rubrum præ se fert, jura saltem potiora *SUPERAMENTORVM* ex prima materiae elaboratione fabrili, nil attinet dicere de dominis prædiorum hereditariis, operam, cuius mentionem injecimus, fabrilem, conductentibus; neque ad fabricam, vbi tractant fabrilia fabri, (qui audiunt materiarii alias) progredivi, sollicitus ero de horum appellatione, origine, ordine, juribus aut collegiis, multo minus in eorundem fraudes altius inquiram; nec magis desudabo in multiplici materiæ significatione euoluenda. Illud tamen sicco pede præterire non debeo, quod non ita diu a non nemine relatum accepi, alicubi in Thuringia separari suis institutis fabros sylvestres vrbicosque, Wald- und Zimmmer-Meister; quemadmodum nec hoc piget didicisse,

A 2

quæ

quæ Græcis est ꝝ, vulgari sermone usurpata de arboribus ad ædificia destinatis, sed nondum dolatis, eadem latinis MATERIAE nomine significari. Vtpote VLPITANVS ac PAVLVS fuere nec primi, nec soli, qui per l. 55. & 56. ff. de legar. III. l. 167. & 168. ff. de V. S. lignum & MATERIAM subtiliter distinxerunt.

Tria potissimum in hac §. occurunt, erebra animadversione perspecta, neque obſeruatu inutilia. Vnum sunt istæ fabrorum artes, quæ saepius in fraudes degenerant, quarum numerum inire difficultimum fuerit. Nemini autem propter negotiorum ambages & ancipitem rationum diuersarum circumstantiam dubium inexploratumque fore crediderim, utrum illæ superamenta etiam ex prima materia elaboratione attingant? Euolua modo libellum, qui inscribitur, Berrugæ Lexicon, autore G. L. Hoeanio, sub voce, Zimmerleute, p. m. 450. seq. vbi has cautions suppeditat. 1.) Keinen Zimmermann einen weitläufigen Bau alleine anvertrauen, man sey denn von ihm, daß er in der Architectura civili wohl versret, versichert. 2.) Bey Aufführung eines Baues von Anfang bis zu Ende des selben einen verständigen Bau-Inspectorem zu halten, wo man nicht allenthalben dabei seyn kann, oder des Bau-Wesens unkundig ist. 3.) Mit dem Zimmermann einen schriftlichen Bau-Contract zu machen, und darüber fest zu halten, auch nicht leichtlich die Helfte oder sonst etwas voraus, oder ehe zu bezahlen, bis der Bau nach angegebenen Modell auf Grund und Boden stehe.

Inquis: quo experimento adhibito discas maxime; vtrum probum tibi magistrum rei efficiendæ delegeris. Ego vero non putarim hoc fieri ab ullo posse, vt assequatur, nisi artis perito, quæ inter ipsos fabros sic latet, ob librorum, qui illam recte tradant, penurian, solaque experientia, h. e. oculis haurire licebit, quid e re, & quibus adminiculis ad faciendum opus sit? Quid? quod ne sic quoque plerique capiant, quod in occulto stat & odorare faltem oportet sagaciiores. Hinc fortassis ex more operarum a fabrica obducto funiculo arcen-
tur spectatores sive otiosi, s. curiosi, quod vocant das Schnüren.

Sic-

Siccine, urges, me *αἰνεῖται πάντοι* relinquis? Dabo sane responsonem, non aliam tamen, præter hanc, quam a Viro, ut honoratissimæ imaginis sic economicis in rebus natura vsuque callido non ita diu palam factam, quamque si ita videbitur, accipies. Ait ille: Wenn ich einen Zimmermann auf die Probe stellen will, examinire ich ihn, ob er die Schiffstung mit aller Zubehör, als Winderkehr Grads-Sparren, Schiff-Sparren, Stich-Balcken, u. d. g. mehr, in regulairen oder irregulairen Gebäuden wohl verstehe? Desgl. ob er auf dem liegenden Stuhl zu bauen wisse? Wie auch ob er von Häng- und Spreng-Werken eine Idee habe? Das ordinare Holz ausarbeiten und abbinden wird ohnehin von einem ieden Zimmermann erfordert. At haec quoque a multis fabrorum & tignariorum pueris frustra expectari, non ingenio tantum, sed inspectis quoque experimentis dudum cognovi.

Pergo ad alterum, nempe istud fabrorum syluestrium vrbicorumque discrimen, quod tantum non vbi vis seruari constat. Neque tamen nouiter inuentum existimauerim, sed diu notum, si recte intelligantur verba Diplomatici Ottoniani exhibiti ab Hundio in Metrop. Salisb. P. 1. p. 227. indeque repetita a Viro prorsus incomparabili, qui ante annos quadraginta & plures Fridericianam ornauit, Gundlingianor. P. 36. sec. 5. o. ibi hunc in modum eloquitur: Ich bin einmal in die Wald-Sachen verwickelt worden, darum, will ich auch etwas von den aurearii melden, woron in einen Diplomate Ottonis M. so er dem Stift Regensburg ertheilet, Meldung geschiehet. Ein gelehrter Mann hat mich durch einen Studiosum ersuchen lassen, darüber nachzudenken, und ihm solches wissen zu lassen, welches ich also hiermit bewerckstellige. — Du Fresne hat vermeynet die aurearii wären Goldschmiede, gleichwie die brunearii bruniarum confectores oder Harnischmacher wären. Es ist aber viel wahrscheinlicher, daß man durch die aurearios Wald-Leute, und durch die brunearios Fröhner verstehe. Ein jeder, welcher ermeltes Diploma mit Bedacht liest, wird ersehen, daß Otto der Große seinen Königl. Hoff mit allen Wältern, Fürsten, Fürstern, Zeidlern, Hintersassen, Hüssnern und aureariis dem Bischoff Michael und seinem Stift zu eigen übergeben. Was sollen allhier

die Goldschmiede und Harnischmacher machen? Nur heisst Wild, auch ein Wald. Ein Auerochse ist ein Wilder Ochs, ein Auern-Hahn ein wilder Hahn, die sich in düstern Wäldern aufhalten; also daß aurearius gar füglich Wald-Leute bedeuten können xc. & mox: so wenig als er, (du Fresne) weiß, was aurearius u. brauearius sey. Eine Urkafte ist eine Wilde Käze oder auch Hermetin. Es meritt, das man des Hrn. von Stade Untersuchung u. Erforschung des Wortleins Iu lese, p. 840. (Der Erläuterung teutscher Wörter.) Hisce penitatis, vix ambiguum reputauerim, sub nomine aureariorum Ottonem M. Imp. quam maxime etiam comprehensos voluisse die Waldmeister, i. e. fabros tignarios qui operam collocarent suam in prima materiæ elaboratione. Succedit deinde ipsa hæc materia, separanda ab arboribus & ligno Bauholz. Quemadmodum, enim *Rei* appellatio, quod in philosophia juris explicandum venit, satis late patet & ultra etiam pecuniam, cum *Paulo* auctore in l. 5. D. de Verb. Signif. nec dissentiente *Vlpiano* in l. 1. de reb. cred. ea quæ extra computationem patrimonii nostri sunt, continent, neque tamen unquam ex mente Iurisperitorum veterum significatio ejus vocis cætera rerum genera ita transcendent, vt ap. Philosophos, quicquid est *aliquid*; sic habendum quoque de materia, quam alio sensu accipiunt, qui mente tantum, alio, qui oculis eam aut tactu usurpant. His nimirum materia fere est in quoquis rerum genere ea pars vilior, que maxime patet sensibus. De formæ vi et beneficio sic habent, eam sola utilitate sentiri, & tamen ipsam, excepta specie, proucul abesse a sensibus: adeo, vt quicquid præclarum vispianum sit, id minus in conspicuo esse consueuerit. In quo enim vim suam hoc exercitat maxime, utputa in semine, de eo vix dici posse, quam sit res minutula, quamque abdita, quam non lenocitura adspectui, quam non ostentatrix sui? Naturæ igitur est primum, deinde artis multæque operæ, id omne explicare & proferre ad penitusintrospicendum, quicquid natura in latebras abdidit sœpe altiores, quam opineris.

§. II.

Scilicet ratione docti, nomine vulgus lignorum genera discriminant. Pari studio ea dissecant efformantque fab-

fabri, opera certe consideratione & commemoratione digna. Gradus operarum, vtor verbis Dn. BERGER. Oecon. Jur. L. 1. tit. 2. f. 8. not. 3. quas faber lignarius elocat, sunt: das Bau-Holz 1) fällen, umbfällen, 2) aussästen und abwippseln, i. e. den Giebel oder Wippsel abkürzen, contrarium est: unausgeästet und unabgewippselt, 3) abschälen, i. e. die Schaale oder Rinde, jedoch ohne Abhauung der Späne abbringen und bewaldrichtigen, i. e. mit Bloch- oder Band-Alexten nebst der Schaale die grossen Späne abschlagen, contrarium: rauch, unabgeschält, unbewaldrichtigt Bau-Holz. 4) Beschlagen, zimmern, ausarbeiten. Contrarium est: halb oder nicht ganz beschlagen Bau-Holz. 5) Abbinden, und 6) aufrichten. Eadem plane habet Id. in El. Disc. forens. p. 1774. vt constet se ipsum Virum Illustrum exscribere non dubitasse, quo minus mihi vitio vertendum fuerit, si verbis ipsius, quae nimirum ad Rhombum pertinere putauerim, eam rem hic exponam, quod eo Lubentius facio, quia nemo alias mihi innovuit, qui nec de re diceret plura. EX inferius autem dicendis quilibet facile perspiciet, in illius, aut cuiusquam alterius verba me quidem jurasse neutquam.

Mirum quidem et prorsus diuinum opus est ea cura, que hominibus varias societas, pro cuiusque vite genere ac studio, atque, multipliciti indigentia appetentibus, modo ingenio valentibus, sic exuscitat, facitque animos ad rem gerendam maiores, vt ad artes plurimas inueniendas ipsa sua inopia, tanquam acerrimo necessitatis telo adacti, rapiantur; quibus demum sibi suisque posse sufficere credant. Sapienter hoc ipsum naturæ institutum describit Poëtarum in Latio princeps. 1. Georgic. v. 120. seq. ubi præter cetera limpidissimis versibus expressa hæc legas velim & memoria teneas, quæ ad fabricam facile accommodentur.

Tum

*Tum ferri rigor atque argute lamina ferræ,
Nam primi cuneis scidebant fisile lignum,
Tum varie venere artes.*

— — — *Labor omnia vincit*

Improbis & duris urgens in rebus egestas,

Etenim nec silentio premit tandem:

— — — *Sic omnia fatus*

In pejus ruere ac retro sublapsa referri

Non aliter, quam qui aduerso vix flumine tembuad.

Remigis subigit, si brachia forte remisit,

Atque illum in præceps prono rapit alueus amni.

Vt vero necessitudinum constat esse gradus, eorundemque computum; nec minus cognitio hominum gradum aliquem obtinet non quemvis, aut summum; deinde locantur etiam quodam gradu, non quolibet ipsorum utilitates: Sic operarum quoque discrimina habent, vt arte aut carcent, aut ad eandem fiat tum accessus, tum recessus. Quot enim, quamque largis, vacant interuallis, si ad architectum, qui ex arte operis rationem præscribit, referas operarios, qui nec iudicium suum, sed tantum operam adhibent juxta præscriptum, rarius autem ex se paratos ad rem quamque adfábre efficiendam. Nec sane est cuiusvis; imo paucissimorum, vt absoluti operis specimen artificibus quisque præscribere possit; et quotusquisque, est horum, qui ipso opere, tanquam Polycletea norma exactam ad amissim omnium inter se partium commensurationem comprobet? De materia quidem, qualem natura præstat, ad opus feligenda, egit Vitruvius, qui solus nobis ex antiquitate scriptor de Architectura restat. L. 2. ad illius vero dispositionem, vt in ratos ordinice adducatur, pergit instruere sequente. Facile patior, vt hinc quisque ad manus habeat. At quid sciens rudiis ab arte tignaria, quæ materiæ præparationem nobis pollicetur, totidemque vocabulis propriis, qualia sunt, quos vocant terminos technicos, ipsa abundat?

§. III.

§. III.

Mea quidem sententia non satis liquet, operæ fabriles a Dn. BERGERO, ut memorauimus, sub n. 2. 3. & 4. descriptæ, apud Romanos num eadem similiue ratione fuerint discretae? an vno potius vocabulo reddantur, quando videlicet dicunt materiarios ligna dolare, quod istis proprium esse patet ex l. 235. ff. de V. S. & puto quod nihil, aut non fere multum opere differant, quæ eorum dum sunt, deruncinare atque asciare. De eo autem multo sum certior, quod etiam magis scire interest, olim non secus ac hodie fabricæ artis peritos dispositam initio, præformatamque quodammodo materiam, dehinc exasciare, edolare dictos fuisse, præpositione *e* vel *ex* perfectiore operis elaborationem, hanc autem tantum non plane absolutam indicante. Denique expolitio, cujus mentionem aliquoties facit M. TVLLIUS Romanæ eloquentiæ parens aliquique scriptores, ultima videtur, quam coordinatio excipiat, opera; nec multum ambigo a poliendo hodienum politores. *Nosire nomen ducere eos,* qui sunt inter boëthos præcipui aliisque peritiores, vt de opere ad amissim conficiendo aut confecto ipsi judicium ferre, sociosque adhuc rudiores instruere valeant.

Equivid autem architectus, quo fines attingat, meditatur? Scilicet, si non displicerit Dionysii sententia, in Opusc. de collocat. verbor. quibusdam similitudinibus vtentis, id satagit potissimum, cum materiam parauerit, ex qua domum ædificaturus est, lapides, ligna, tegulas & id genus alia, dum ex his opus suum constituerit, vt primo, cum quali lapide vel ligno vel latere, qualem connectere lapidem, lignum, laterem oporteat; deinde, quomodo unumquodque eorum conformatum, & in quo latere collocandum sit; tertio, si aliquid non sit suo loco aptum, id abjiciat, recidat & congruum reddat. Illi itaque, qui sciat facere, & scire faciat id ipsum alios, vt licet toti in hoc

scientiae fundo versari, non abs re erit, si finitor audiat earum rerum, quae sibi occurrent vspiam; et si valde timeo vt hoc satis faciat ad experiendum, nisi quod ætas nostra potuerit vera rerum vocabula dum amississe.

Omnis autem opera, quam præstare queant fabri tignarii non initialem, in eo potissimum versatur, vt nec firmitudine nec concinnitate operis neglecta, maximo tamen studio incumbant parcendis materiæ & sumtibus faciendis. Etenim quotiescumque non contingit, vt pudenda inopia vexet eos, qui ex audacandi ardore cuperint ante voluptatem non minimam: quantum etiam domum aliorumque operum numerum animaduertas, que vacanter atque inaniter in iisdem accumulata materia parum stabilitatis promittant? In quibus autem partibus talis profusio maxime conspicua sit, id intelliges ex querelis cuiusquam fortassis Ruperti, quem suo malo, neque hoc minimo id expertum fuisse, ad suspicandum ducor. Neque enim puto committere illum, vt voeum diligenter requiras ab ipso, qui palam hunc in modum sermocinetur. Die Verschwundung des Hôplices der Zimmerleute geschiehet mehrheitlich im Dachwerke, da sie mit Windrükken und zuvielerley Bändern das Dach nur verbauen, und doch keine Festigkeit heraus kommt. Bey den Stockwercken versteht sichs von selbst, daß Säulen, Riegel und Bänder seyn müssen. Durch letztere verstehe ich aber nur kleine Bänder auf den Ecken des Gebäudes, welche in Gestalt eines lateinischen K. seyn müssen, und mehr Festigkeit, als die langen Bänder oder Streben in den Ecken und Querstämmen geben, auch der Fäulung nicht so exponiert sind, als die langen Bänder, welche auf der Grundschwelle stehen, und wenn diese vom Schwamme und der Fäulnis angegriffen worden, nothwendig auch corrumptiret werden müssen, wodurch denn das ganze Haus schwach und baufällig wird. Bey den Dachwerken halte ich vors bestre daß man die Rebbalcken nicht einplatte, sondern einzapfe, desgleichen die Sparren oben in einander zapfe, oder wie es die Zimmerleute nennen, mit der Schere zusammen schneide. Zur Festigkeit und Verbindung eines Dachs, das schwer ist, und mit Ziegeln gedeckt wird, gehört ein liegender Stuhl. Die stehenden Stühle

vba

beschweren nur das Gebäude, verbauen den Raum, tragen nicht viel zur Verbindung und Befestigung des Daches bey, und erfordern doch eben so viel Holz. Wenn man nur ein leichts Dach bauen will, das keine Ziegeln tragen soll, so kann man der liegenden Stielle und aller übrigen Verbindung ganz überhoben seyn. Hat solches zwey Walm-Seiten, so braucht man weiter gar nichts zur Verbindung und Befestigung desselben, weil die beyden Wälder sich gegen einander streben, und die Sparren durch die Batzen genugsam befestigt und in Aequilibrio erhalten werden, daß der Wind sie nicht wankelbar machen kann. Macht man aber ein Dach mit zwey geraden Giebel-Seiten, so setzt man zu Befestigung derselben auf jeder Seite von innen des Dachs zwey starke Streben, welche an den Sparren lauffen, und oben, wo der Giebel gebrochen, am Kehlbalken, unten aber beginn 4ten oder 5ten Sparren auf dem Balken mit einem Geißfuß eingeschnitten und angenagelt werden. Von Erfahrung des Arbeits-Lohns kommt es auf einen treuen, fleißigen und in seiner Sache erfahrenen Zimmermeister an. Durch Menagirung des Bau-Holzes wird auch die Arbeit und der Lohn erspart.

§. IV.

MATERIAM igitur ASCIA EXPOLITAM atque perfectam, illi, qui artem struторiam profitentur, vocant: zimmerrecht. h. e. tam JVSTE elaboratam, ut magister fabrorum non habeat quod in ea desideret vel culpet, dum videlicet ea LL. suæ artis conveniat & secundum easdem debita diligentia fuerit efformata, de quo jure s. justitia fabrili loquitur. Syrac. c. 38 v. 38. ubi habetur: *καρδίας αὐτῆς δῶται, it. οὐλελέσσαι ἐργον, à LVTHERO reddita: daß es recht werde, & daß sie es vollenden u. conf. Prov. 26. v. 10.* Quia autem coguntur fabri sepiissime operas elocatas præstare situ loci minus apposito, nec vndiquaque libero, in sylva nimirum vel prope eandem,

propterea, quoniam arborum cæsarum moles haud patitur, vt alio prius devehantur, quam detruncaverint ligna, quæ pertinent ad focum, ædificiis parum utilia, quam operam vt a fabrica absoluta merito discernerent, nomine quasi adverso **Waldrecht** designare ipsis visum fuit, commonistraturis, materiam arte non tam exquisita, nec exactissima cura politam, quam quidem secundum regulas fabriles loco commodiore effecissent, attamen **J V S T E**, pro conditione positus locorum & quæ circumstant alia, præformatam, es sen nur aus dem grôbsten gearbeitet. In ipso vero opere crassiore miram fabrorum accusationem deprehendere neutiquam diffiteor.

Vt certum quid sciremus de gradibus operârum fabrilium, aduertendum vtique erat potissimum ad fines. Ita non admodum difficile fuit ad cognoscendum, mira accusatione opus esse in rebus cum inueniendis, tum componendis, vt ædificia, quæ parantur & diuturnitatem ferant, & commoditatem & decentiam. Quapropter materia, quam sit diues, quamque selecta, non erit ideo proba, nisi adhibeas fabrum, qui obsequio manuum artis suæ ministeriarum ad res omnes abutatur, ne opus unquam frigescat. Quid ergo prius hic faciat quam vt robora exalburnet, detrahendo istam mollem ac pessimam ligni partem, quæ, teste Plinio, etiam in robore facile putreficit, & teredini obnoxia est; de quo obiter monui infra §. 7. Syracides, l. e. non neglexit suum enique opus tribuere, in verbis; ἔτος πᾶς τέττων νεῷ αρχίτεττων, οὐσιού τοῦ ἀπέρα διάγειν, — εἰς τὸ ἐμοῖσας Ζωγραφίαν. Longe alter facit, quicunque nec sibi nec aliis sapit, cui parum cura est τὸ τελέσαι ἔργον, quin πολλὰ χειράσεται — συντρίβεται γάρ η ἔργασις αὐτῶν κ. τ. λ.

Ad rem domesticam autem attentiores, quibus remedia inexperta suspecta sunt de trabibus maxime liminaribus conseruandis, ne materia vitium a putredine, aut in ligno nascentium vermium, s. cofforum quoconque, nec non fungorum, aliisque morbidarum arborum

Bum.

numeroso genere contrahat; dudum cogitarunt de tutioribus, neque se reperiisse talia desperant. Nuper & quid dico, nuper? vix mensis elapsus est, quam denuo hanc cantilenam ingeminaret Auctor aliquis, si non plane incertus, nobis attamen parum cognitus, plus centies ante auditam. Wenn das Bauholz, ait, zu unrechter Zeit gefällt, und da noch viel Feuchtigkeit darinnen befindlich ist, verbaut, u. sonderlich vermauret wird, hat man sich freylich von seiner Dauer nicht viel gutes zu versprechen, und am ersten werden die in die Mauern gelegten Balken-Köpfe und Spizen faulen und von den Würmern angestreift, welches leicht den Einsturz der Säle und Zimmer, und eine kostbare und beschwerliche Reparatur verursachen kann. In solchen Fall, pergit, ist eines der besten Bewahrungsmittel, daß man auf dem Bau-Platz die Köpfe und Spizen der Balken, sonderlich auch, wo sie abgesägt worden, mit dünner und warmer Wagenschmiede oder Theer wohl bestreiche, und solches nach etlichen Tagen abermal wiederhole, welches die Köpfe und Spizen vor trefflich conseruiret. Mit andern Gebälcke, Säulen, Riegeln &c. die sich in Wänden verbündet oder verohrt befinden, läßt sich solches nicht wohl thun, hat aber auch nicht so viel Gefahr auf sich. Wenn man es aber darauf wenden, und einiges Holz oder Tasol-Morke vor den Würmern behaupten wolte durfte man sich nur eines doppelten Anstrichs mit dem Kühndl bedienen, welches der Fäulung und den Würmern widerstehet. Facile est ista componere cum alterius responso ad eandem questionem propositam, hujus tenoris: Das Bauholz vor Würmern zu conseruiren, ist wohl das beste Mittel, solches zu der Zeit zu fällen, wenn der Saft zurückgereten, die von Martini bis zum ersten Februarii. Jedoch habe ich wahrgenommen, daß der Mond einen grossen Einfluß darauf hat. Ich habe Holz im December im neuen Monden fällen und bauen lassen, welches der Wurm eben sowohl, als wenn es in vollen Saft gewesen, gefreßt, und dadurch das ganze Gebäude ruinirt hat, sonderlich bey Kiefern-Holz, als worin der Wurm ärger ist, als in Fichten und Tannen. Hingegen habe ich vor 20 Jahren aus Noth im April Monath müssen kiefern Holz zum bauen fällen lassen, welches aber

im letzten Viertel 3. Tage vor dem neuen Monde geschehen, in welchem Holze noch gegenwärtig nicht die geringste Spur eines Wurms zu sehen. Seit dem lasse ich allemal das Holz im letzten Viertel des Mondes fällen, und befindet es beständig vorm Wurme sicher. Die Schwellen müssen allezeit eine Elle wenigstens über der Erde auf Mauer liegen, um sie vor der Fäulnis zu präseruiren. Darzu sind die kernichten Kiefern und Eichen die besten, Fichten und Tannen liegen nie über 6. bis 8. Jahre, ohne zu verfaulen, auch zuweilen an der Wetterseite nur 3. bis 4. Jahre. Wenn das Holz mit Öl-Farbe angestrichen wird, so wird es dadurch sehr conserviret. Wenn man die Fußböden vor dem Schwamme verwahren will, so muß man 1. Elle hoch an der Sonne oder im Ofen wohl getrockneten Boden einsfüllen und darauf erst die Läger legen. Wo man aber nicht wohl eine Erhöhung von der Erde anbringen kann, und man die Fußböden dem Erdboden gleich legen muß, und die Feuchtigkeit nicht zu verwehren ist, als z. B. in Werkstädten, so habe als ein bewährtes Mittel gegen den Schwamm und die Fäulnis befunden, wenn man schlechten Toback nimmet, solchen mit Salz, Asche und Urin zu einer recht braunen Brühe kochet, und damit das Erdreich worauf gedielet werden soll, ingleichen die Unterlagen und unteren Seiten der Breter sattsam begiesset.

§. V.

Ordine referre fabrilia instrumenta, & cui usui quondam securis, asciave fuerit, & quali dolabram vel runcinam adhibuerint operi? exponere, quo id longius foret, hoc magis cum linea, regula, libella & norma, res cuius notiores, videlicet serras, cuneos, ansas ferreras, nec non rubricam aliaque id genus, silentio non inuito nobis prätermittere indulgetur. Paucis ut mo-
neam, hoc nostro aeuo eodem instrumento quod vocant die Zimmer-Axt, Wind-Axt, fabros lignarios materiam pari-

pariter cædere & exasciare, quatenus asperitatem com-planando, sive in quadrum dolando hanc præformare satagunt, idque ipsum dicunt **Waldrechten**, dem **Holz** he den **Wald** = **Spahn** nehmen. Aliis vero instrumentis, nomina quibus peculiaria, alteri nempe **Zwerch-Art** & **Creutz-Art**, alteri **Stich-Art**, dederunt ad parietes coordinandos vti, es wird vermittelst dieser Instrumente das **Bau-Holz** gelochet und abgebunden; secundum hæc autem obtinere asciam politoriam, das **Schlicht-Beil**, qua videlicet ligna jam præformata effabricantur exquisitus, es wird das **Bau-Holz** mit dem **Weile** bebeilet, und aus-gezimmert, auolantibus assulis, quas appellant **den Beil-Spahn** vel **Zimmer-Spahn**. Tametsi verear, vt quis ex prolatis rem omnem fabrorum dilucide perceperisse sibi videatur, nisi meo exemplo fabricam ingrediatur, suoque sensu cognoscat, qua ratione illi materiam pertractare soleant, testis oculatus imposterum sibi aliisque futurus.

Ne reris ad aliud genus quæstionum, nos haecen transire voluisse, quod parum faciat ad primam illam materiæ elaborationem fabrilem, illud quoque excutiendum ante, nec inepte videbitur argumentum, quod ex regulis prudentiæ circa rem familiarem sibi sumunt tantum, qui instant: Vtrum præstet contignationem ædificiorum sic fieri eumque coordinationis absolute modum teneri, vt perficiatur intra fines sylue, unde petatur materia? an vero eo in loco, qui sit proprietar area, in qua domum habitationi destinatam ponere velit dominus? Hæc enim verba, quibus mentem suam distinctius ac magis illuminate explicant; Ob es besser, das Holz im Walde, oder im Hofe abbinden zu lassen? satis produnt, id ipsum intelligi debere de accuratio, non ista prima, quam nos tractandam sumsimus, materia elaboratio. Videbiimus igitur sententiam corundem, & si non totam sequi videbitur,

tur, jubeimus illam diuidi. Wenn man das Holz, inquit, im Walde bearbeiten und abbinden lässt, so hat man allerdings leichtere und weniger Suhre. Hingegen muß man entweder die Wipfel, den Abraum und Späne im Walde lassen, oder doch solche auch apart hereinführen. Man ist auch der Gefahr unterworfen, daß das abgebundene Holz leichtlich zerstossen, Stücke davon abgebrochen werden, und es die scharfen Ecken oder Kanten verlieret. Ich bin mehr davor, ita loquitur cause istius patronus, das Holz im Hause abbinden zu lassen, weil man dabei den Abraum profitieret, und wegen des Schaden nehmens des abgebundenen Holzes nicht in Furcht seyn darf. Enim vero in prima elaboratione solaque præformatione materiæ nec metus, ne perdas aliquid ligni, nec opus est ad deportandum aliis vecturis, quando fabris superamenta conceduntur pro opera. Da sie um die Späne hauen; quod nunquam fiet ingratii, ut hac ratione subleuent aedificatum ab onere præstandæ mercedis, siue hebdomadalis, siue diuinæ. Minus quoque habet, quod pertimescat, ne quam tignorum jaeturam jam perpolitorum faciat, aut ne quid detimenti illi capiant. Cæterum ex eo manifestum sit, quanti referat id ipsum, ad subleuanda subditorum, qui in rure viuunt, onera, dominis hereditariis adseritorum.

At qui se dant ad jus respondendum in causis seruitiorum rusticorum, saepè præpedantur ea in re iigatione historiæ commutatae videlicet ad rationem temporum, & pro eorundem vicissitudine doctrinæ, super illis operis, quas debent in Germania dominis, quibus est istud genus hominum, non dicam quous, sed aliquo tamen vinculo obnoxium. Haec sunt impeditiones illæ, quibus obuiam ire constitui *commentatione de rustico quondam seruo*, foras data Jen. 1745. & in *Medit. legal. in rem rusticam & fabrilem*, quæ Vitemb. 1744. prodierunt illi fini, vt plenius excuterem & confirmarem, quæ festinante calamo tradiderant ante in schediasmate; *de odio operarum editiarum immerito*. Ne autem causentur aliqui, me nihil egisse, ex quo historia istius doctrinæ lucem foeneretur, habeant lingua vulgari postea, qui sic exoptauerint, totam enarrationem, quas mutatio-nes illa ab iis imprimis temporibus subinde sit experta, quibus B. Tho-masi-

masius communis Germaniae præceptor extitit. Habebunt, ajo, has alias nostras curas, quam primum lior quiescat hominum malorum, qui adhuc rumpuntur studio prærumpendorum, si qua essent retinacula apta aut comparata ad integrandum confidentius animum cum re familiari.

§. VI.

Quid? quod si nunc ex me quæras: qualiter materiæ præformatæ esse debeant, id certe in vniuersum ad amissim definire nequeo, quum ad vsum, quem præbitura sit respicere, ædificique extruendi latitudinem, wie viel Spannung man zum Gebäude habe, præcipue præ oculis habere debeamus, vnde consequitur hac in re standum omnino esse, si controversia enascatur, judicio architectorum, quorum tamen peritiam notam, ipsosque juramento deuinctos esse oportet. Factum hinc puto in causa der Anspänner zu Tammehayn und des Gerichts-Herrn Hanns Dietrichs von Schönbergs, vt, cum de veturis ædilitiis coram summo Regimine Dresdeni 1709. transigeretur, partes noterint vt modus præformandæ materiæ speciatim exprimeretur. Verba RECESSVS
huc facientia sic habent: und sollen ihnen vorhero die fiefsernen Bäume, so nahe als möglich angewiesen, wie auch benebst denen Eich-Bäumen, welche letztere die Anspänner aus des Gerichts-Herrn eignen, oder auf Verlangen andern Gehölzen, abzuhohlen schuldig sind, NB. auf solche weise, wie es der Zimmer-Mann zu dem vorhabenden Bau nöthig und zuträglich finden wird, waldrechtes werden ic. Aliud tametsi placuerit, exhibitis quidem, ni falsus sum, in consilium non nullis fabrorum magistris, quum dicto Senatui Aulico 1719. curæ C effet,

eslet, vt litem in simili agitatam inter Dn. Carl Gottlob von Römer und die Gemeinden zu Grochwitz und Borschen, pacto dirimerent. Conuenit etenim inter eos h. i. m. Es sollen und wollen *Imperatoren* die Anspänner zu Grochwitz und Borschen *Imperanten* dem vom Römer das Bau-Holz aus der Annaburgischen Heyde, oder wenn es darinnen nicht zu erlangen, von denen nächst gelegenen Orten, und zwar das Balken-Holz, Schwel-Holz, Saul-Holz und und die Siegel-Sparren, NB. dergestalt bewaldrechtiget anführen, daß es auf allen Seiten recht viereckigt wird, und auf denen Ecken keine Rundung bleibt, auch im Hove mit der Art nur noch abgerichtet, und mit dem Beile gebeilet werden darf, das Schaal- oder Röhr-Holz hingegen, samt denen Rüst-Stangen, und Klözern zu Brettern und zu Latten, welche zu Ziegel- oder zu Stroh-Dächern gebrauchter werden mögen, führen sie unbewaldrechtiget an ic. ic. Inque alia causa die nach Nieder-Zahna gehörige Anspänner und Willhelm Friedrich von Thunshirn betreffend anno 1722. res ita componebatur, vt subditi promitterent das Balken-Saul- und Stuben-Holz, desgleichen die Ziegel-Sparren anders nicht, als wenn es auf *Imperatens* des Erbherrn Kosten so weit bewaldrechtiget, daß es nur noch bebeilet werden darf, hingegen Rüst-Stangen, Schaal- oder Röhr-Holz, wie nicht weniger die Stroh-Sparren unbewaldrechtiget anzuführen, jedoch daß diese letztere am Stamme Ende über 2. Dresdner und 2 Ellen, und höchstens noch 2. Zoll darüber nicht stark, auch über 5. bis 36. Ellen nicht lang seyn sollen ic. ic. quae omnia adhuc magis euincunt, nisi lex positiva quadantenus modum præficiat, qualis v.

c.

c. est apud BAVAROS in Ord. foreſt. Art. 27. ap. FRITSCH p. 3. C. J. For. p. m. 95. quam periculorum futurum, certam hic regulam ponere, juxta quam tigna juste præformata prius esse oporteat, quam rustici eadem domino ædificaturo conuehere sint obstricti.

Dissimilitudinem habent omnino adducti h. §. recessus, si attendas ad unam pacificandi rationem, plus habituram in se præ altera, quam fronte promittat, vt facile excitat queat hos, quibus ingenium est vegetum ac strenuum, vt quo plus sumant recessus exemplo inde petitio, eo vehementius res deinceps edant impetus, quoties ad exequendum veniant. Ea itaque diueritas facit, vt menti infixa haereat notabilis obligationum differentia, quia aliae sunt ex re, aliae ex consensu; quo circa discordia & dissensio inter interpres non levius est; vtra, si quid dissidii in ipsis enatum sit, alteram vincat. Si cogites quid præstent, qui numerus sunt, ne pecorum ritu sequantur antecedentium gregem pergentes secire, non qua eundum est, sed qua itur, non potest non tales in cognitione germana rerum veritas semper altissime latere, quæ nec facile, nec a multis deprehendi dicitur. Hinc necesse est toties labi & errare, quicunque falsis bonorum & malorum simulariis delatuſ, ~~intemperie~~ ~~inconvenientia~~ ~~etiam~~ mirantur & rupciant. Perfecta igitur ipsis est omnis obligatio ob id, quod opinentur eam imperari posse; quæ sine coactione nuda relinquatur, longe imperfectior iisdem audit, licet res ipsa eam accipere cogat, modo diducas & explices imaginaculum, vt recte introspicias, quid in animo quisque clauerit, tametsi habitu vultuque longe minus præ se tulerit. Eum in modum, quem præsumte opinione quadruplandum tibi sumas, proutinus quadratum hominem inuenies. Quid mirum igitur, si in rerum cognitione idem contingat vt definiendo falsus sis, et recte viderit Jacobenus, cui l. XI. regular. omnis ita certitudo, quæ se refert ad vocabula, est res admodum fragilis. Nolle autem, quod unus & alter hominum industriorum & ad efficiendum acerrimorum ante scriperit de conseruanda per artes proba materia, præteriisse, (v. notata ad §. 4.) quin juvet etiam ad melius intelligendum integrum Articulum 27. Ordinat, forestar, Bauaricæ hoc descriptum adferre.

Der 27. Articul.

Wie das Holz zu rechter und nicht ungewöhnlicher oder unrechter Zeit geschlagen soll werden.

Es hat sich auch bisher vielmals begeben, das die Schneid- und Zimmerbäume auch anderes Holz zu unrechter oder ungewöhnlicher Zeit niedergehauen, und derhalben erfault, auch durch die Würm schadhaft werden, welches nicht allein, die es zu dem Zimmern gebraucht, in Bedenfung, daß ihnen über Vollführung ihrer Gebäu nicht geringe Uenkosten aufgegangen, beschwerlich und nachtheilig, sondern man hat um so viel desto eher ander Holz abhauen, und über die Gebäu abermals beschwerliche Uenkosten wenden müssen. Damit aber solcher merklicher Schad hinsur an abgestellt und verhütet werde, soll man den Förstern Knechten und Holz-Hegen bey ihren Pflichten mit allen Ernst auferlegen, daß sie darob halten, auf daß hinsur an allerley Holz, so zu dem Gebäu abgegeben wird, zu rechter und nicht unrechter, oder ungewöhnlicher Zeit, sonderlich das Holz, so man zu den Zimmern oder Gebäuen brauchen will, erst nach dem 24sten October, wenn die Sonne in das Zeichen des Scorpions geht, und dann bis zu Ende des Monats Februar, in abnehmenden Mond, oder im Februario 3. oder 4. Tage nach dem Neumond im zunehmen geschlagen, und mit mehrern Nutz als hier vor gebraucht werde. Wie sich bey den Alten in Erfahrung befindet, Wenn ein Zimmer oder Schneid-Holz im Februario oder Hornung zunehmenden Mondes, 3. oder 4. Tage darnach geschlagen wird, so wird es nimmermehr würmig, es gewinnet auch kein Sonnenklufft. Doch soll es von Stund an nach dem Schlag von der Rinden geschehlt, und nicht in der Rinden, bis mans zu dem Zimmer oder Schneiden verbrauchen will, gelassen, noch auch dergleichen abgehauen Holz, so lang es zimmermäßig, abgegipfelt, sondern ihm sein möglichste Läng gelassen werden, bey Vermeidung gebürlicher Straf., Nee est, quod opineris, nihil hic præter tempus lignandi, definiri, locum autem modumque aptandi materiem legem silentio premere. Hanc quippe animaduertas, ut excutias totam, & fines pensi habeas; & deprehendes eam serio velle parsum omni

omni quo fieri possit modo, materiae; vt nec quidquam permittat,
quo euenire necesse sit, sive temporis, sive mensuræ, sive loci, sive
cujuscunque rei, quæ circumstet, respectu, vt is, cui opus sit ea,
idem damno mulctetur.

§. VII.

Quantopere autem hunc, stratas exuuuis quasi suis
arbores tempestiuie denudandi, morem commendet effe-
ctus, cum res nec operis ingrata conductis, & publice
vtilis sit, in tractatu, cuius, vt dixi supra, jam quasi
compendium exhibemus, fusius explicau. Aliud ni-
hilominus aliquando suadet commodum priuatum, quod
sibi ob oculos ponunt domini, vt exigant a rusticis tra-
bium similiumque lignorum, quæ eo modo, quem defi-
niuimus, nondum præformata fuerunt, vecturas. Illis
quippe sæpe hoc venit in mentem: *Der beste Bauer
seh ein Schelin*, parum sollicitis, an, quas poscunt præ-
stationes, viribus conueniant subditorum? an suis hi ne-
cessitatibus prospicere possint? num ad onera & feruitia
impostorum præstanda reddantur inepti? an secus? quin
Polonorum & Liuonum fere hac in re imitari duriet
ipsis percommodum videatur. Maximo interim homini-
bus oneri id ipsum esse, nemo non facillime deprehendet,
cum materiae, quæ siccessere nequiuuit, pondere, tum
iporum quoque & instrumenti, quo feruunt, conditio-
ne. Plurimum vero oneris grauitati, qua non fabri-
tantum, verum etiam aliae operæ impediuntur, decidit,
quando vertices, rami, cortex, cæteraque materiae in-
duua præciduntur, vt destillet etiam per vulnus arbori
delibratae vndique illatum omnis generis humor, succus,
alburnum, pessima pars ligni, etiam in robore facile pu-

trescens, teredinique obnoxia. Atque sic rusticō quoque consultum est pecori, aliisque instrumentis, quibus subditi videlicet vtuntur, talibus plerumque, quibus opus est agelli sui colendi gratia, onera autem grauiora sustinere valeant neutiquam, quibus si chartae angustia permitteret, lucem affunderem ex Dn. j. c. h. fisc. REG. PROC. judicio, quod de jure consultus reddidit Mens. Mart. anno 1724. *in causa die Differentien der Dörfer Arzberg und Nictewitz mit ihren Erb-Lehn- und Gerichts-Herrn betreffend.*

Alia interdum super alia id genus in disceptationem venire memini, qua in re nunquam deerunt, qui fundamenta & fontes aut negligant omnino, aut in ipsorum inquisitione perperam quid agant, aut interpretationis opera, non admodum dociles, abutantur. Hinc istae anticipations vulgares, quod tanta fiducia plerique sibi persuasum habeant, de jure communi rusticos & subditos ligna aliquam materiam ædificiis domorum erigendis necessariam, conuehere non teneri; easdemque operas, etiæ vſu ac confuetudine aliud introductum sit, exigi non debere, nisi ad ædificationem domicilii, arcis l. habitationis, non etiam horreorum, stabulorum, aliorumque ob rem rusticam extruderorum; quod sint incertiores, si non ea ædifica sub uno teſto cohærent, sed ſitu dijuncta effe appearat, aut contingat, ut materia nec in Principiis ejusdem territorio, ne dum in ſylvis domino jurisdictionali propriis haberi queat, & que sunt plures hujusmodi quæſtionum de quibus aliquando, quo quisque est plurimo rerum vſu, plenius ac plenius edocetur, quam fruſu & inaniter moueantur; imo ſic intelliget, quam pa- rum hoc ſit, quod olim ex compendio aliquo, an dicam magno ſuo diſpendio? male didicerit.

Accedit, quod prædia, de quorum juribus disceptari ſoleat, expri- matur ipſo vſu atque confuetudine, non effe vnius generis, cum ſint, quorum dominium in reliquam villam ejusne incolas hi ipſo facto et præſtitis operis tantum non quibuscumque agnoscant. Horum igitur poffeffores vniuersitatis ejus, in qua habitant membra non effe; ideo-

que

que nullis operis adstringii fateri oportet; si non, quod eadem prædla
sepe coētione agrorum seruiliū alius titulis vel augeſcant, vel
minuantur atque permutentur. Nec pauca reperiri tamen conſtat,
quæ præter libertatem, qua gundeant nobiles, die Adeliche Freyheit,
quandoque ne integrā quidem, juris nihil habeant, ſed veram ex
ſitu vniuersitatis partem conſtituant: attamen op̄eras domino, quem
nec cognoscere maniſtum eſt horum' poffeffores, præſtare negant ne-
gabuntque, etiā nunquam fuerint, immunes ab iis, quæ non domini
cauſa, quin magis ob viciniam & communem vniuersitatis utilitatem
præſtari, res poſtulat; ſi que frui cum reliquis prædiis rufticis con-
tentant. Ne quid dicam de juris interpretum definiendi, atque e voca-
bulis diſferentias ſuo modo eliciendi prauitu, latiffimum diſfencionibus
deinceps campum aperiente, quorū ruunt per vias maxime ſalebro-
fas. Ecquis enim, modo ſciat prædia olim ex more valde antiquo
vix vnuquam potuiffē poſſideri a plebejis, ſed ſolis nobilibus patuiffē,
vt ibi ſedem figerent, hodie vero, tantum ſint mutata ab iſis, vt
fere promiſeue nunc ab equite, nunc ab homine plebejæ conditionis,
aut minimum tali, qui ciuium numero alicubi adscriptus, tenean-
tur, crediderit, prædiū aliquod rufticānum naturam ſuam exuere,
quoties dominum mutet, & vel in Principis aut Comitis Imp. ſit
patrimonio?

§. VIII.

In hoc vero argumento, quia præcipuum eſt, quod
nobis per traſtantum ſumſimus, operæ non parcam, vt
rationib⁹ minime ſiculneſ euincam, rufticos, qui ope-
ris ædilitiis adſtriicti funt, haut teneri domino hæreditatio-
rio ædificaturo materiam adhuc rudem, nec vlo tum
artificio elaboratam, aduehere; quo ſpectat, quod in
conſuetudinem dudum abierit hic moſ traſtandi materi-
am, de quo antea egimus, nec male hunc adiuuentum
fuifſe, cuilibet cognitu facile erit ex rei ſcopo, quem
pariter attigimus, ne videlicet ligna & materia ſola ra-
ratione, ſed ipſo vſu diſcernantur, nec ædes male ma-
teri-

terias, magno domini nocumento, coagmentari contingat: quandoquidem nihil magis, quam siccitas, commendet materiam, quam etiam materiarii faciliori labore, nec tanto instrumentorum detrimento, tractant virentem adhuc, quam si deinde compactam æstu deruncinare oporteat. Sed quantum valeat in seruitiis sive præstans, id quod longo vsu inualuit, neminem fugere puto. Ergo valeant, qui sine ratione aliquid noui habere cupiunt, & sibi habeant illam, quæ placet, ea de re opinionem. Nos quibus κανοφιλίᾳ s. nouitatis cupiditas maxime in jure semper suspecta fuit visa, quam diu non veritas in novam sententiam trahit probe explorata, luculenterque demonstrata, laudabimus, quæ olim quoque plauerunt, si non pluribus, certe nec paucis, nec rudioribus.

Cæterum, quod per melicet, fac circa exhibitionem horum seruitiorum, quæ & quanta scilicet subditi præstare teneantur? & quid interea illeis de cibariis aliquis necessariis vicissim suppeditandum sit? fæpissime controversiam inter nobiles & subditos oriri, constitutum sit quoque, quod decisionem ex transactione, consuetudine, decretone judicis & re judicata potissimum defumere oporteat: quid fieri autem illis aliisue adminiculis mutua obligationis deficientibus? Horum videlicet cognitio & moderatio LL. Saxon. ab ipso Principe tunc ut petatur, restat: determinatione ad Senatum Aulicum sic adstricta, ut ceteri judices inferiores, ut & Collegia iuridica omni cognitione in hoc quoque capite abstinerent jubeantur. Quia igitur de ædilitiis rusticorum operis ordinarius judex non cognoscit, hinc est, quod rarius & apud paucissimos auctores aut collectores rerum judicatarum hoc æuo occurrat quid. quam in eo argumento, quod ex vsu sit.

Permírandum id accidere poterat prudentibus, hand nesciis', quod viros alias operam juri dicundo nauantes multa, quæ diu didicisse, ac iterum iterumque tradidisse juaret, dediscere sic oporteat. Exemplum licet capere a Dn. de Leiser, qui si recte memini, nollet Principem domi-

dominumue aequitatem & aequalitatem inter suos non seruare, neque tamen crederet posse illos sub hac specie alteri quid de suo auferre, alterique tribuere, aut alteri quid de seruitute demere, ut per hoc libertatem alterius grauari contingat. Continget autem id ipsum, ipso factente Leisero, si quod vulgo dicitur jus quæsumum, hoc nec per Principem tolli posse contendit, neque villam limitationem pati, sed tunc saltem parum juvet, quando saluti publicæ prouidendum sit, vel jus istud quæsumum cum manifesta iniquitate sit coniunctum. Itaque eum vix sibi temperaturum fuisse existimari, ne non iniquum judiceret suum arbitratu. Nobilem quippe, non modo quem jus operas rusticæ pro libitu exigendi a tempore quod hominum memoriam excedat, exercuisse constaret, sed qui certas determinatasque operas vel pacto constitutas acquisiverit, si tamen hæc seruitia modum excedant, & iniquitatibus aliquid sapient, non agere latrum putat, quoties judici videantur ex officio temperandæ. Agnoscat tamen operas rusticæ olim omnes indeterminatas fuisse, h. c. exigi semper potuisse, quam obrem adhuc indeterminatas fore præsumendas colligit, quam diu determinatio, allegata a rusticis fortassis, non etiam probationibus sufficiatur. Parum denique hic curat Dd. dissensum, quorum plerique non audiunt Magistratu[m] tantum potestatem largiri, quæ valeant determinatas facere haec tenus indeterminatas. nedum definitas ante & jam limitibus certis ex loco vel tempore, vel ex ipsa qualitate & rebus aliis adjacentibus circumscriptas; sed saltem dominos cohortari & iuberi permittant, ne velint ultra modum onerare subjectos, tametsi eodem Leisero arbitrio, ex eo, quod dominus saltem certo loco & tempore tales sibi exhiberi voluerit atque exegerit, eadem non restringantur. Haud difficilem ille se præbet cedendo, vt qui per longissimum tempus pecuniam pro operis accepérunt, rem tamen meri arbitrii ex parte domini manere, utrum operas ipsas exigere malit, quas nondum amiserit, dumne ultra tempus, quod hominum memoriam excedat, pecunia, quam vocant ein stehend Erbe-Dienstgeld, soluta, nec quantitas ejus unquam mutata fuerit. Ego vero valde vereor ne Vir iste, quem in aliis satis acutum atque exercitatum deprhendet omnis ætas hac ex parte sibi vix æque semper constet. Est ubi Bergeri sententiae obloquentur, quam hic in Oecon Iur. uitius fuerat, & nega-

rat, operis unquam solo non vsu praescribi, quamque acceperant dum isti aequitatis alias amantissimi, qualem spisse nemo dubitat Brunnenmannum. Eam quidem, ait, opinionem duriorem sibi semper viam, neque tamen illam prorsus defercere olim se ausum fuisse, minimum restrinxisse saltem ad operas indeterminatas: nunc autem re etius considerata, operas omnes, & determinatas quoque solo non vsu longi temporis extingi, sibi persuasum esse, moto imprimis l. 3. C. de preser. 30. l. 40. ann. quae nullum jus post tot annorum cursum postulari permittat. Sed necesse erat meminisse, parum tuto in hujuscemodi argumento, quod patriis tantum iuribus debemus, prouocari ad placita Romanorum. Ceterum recte quidem facere existimauerim, quibus maxime cordi est aequitas & falso publica, & valde mihi placent, qui nosint, quicquid in seruitio nimium esse perspexerint, atque ita comparatum, ut rusticos ita ad incitas redigi necesse sit. At pariter displicant, qui partes Principis rectorias, die Regierung Sachen, cum his confundunt, quae sunt judicis & officio ejusdem coherent, Iustiz-Sachsen.

§. IX.

Nec me praeterit, Syluarum custodes id juris sibi sumere, vt materiae praeformatae superamenta, den Abram, nec non ligna arida, aliquando etiam arbores turbine dejectas, & alia quædam, quæ sub nomine Stamm-Recht veniunt, in suos usus conuertant, idque omne ad salarium, quo plerunque gaudent alias satis modico, referant. Inde existimaueris forsitan vocem Wald-Recht, ab his mutuari posuisse. Hodienum vero alicubi istum morem seruari, subdubitas? Viguit certe hoc jus, quam id POTENTISSIMVS POLONIÆ REX ET SAXONIÆ PRINCEPS ELECTOR Resol. wegen Abstehlung der in Forst- und Holz-Sachsen eingerissenen Misbräuche de Anno 1608. §. 34. haud male publica sanctione abolendum censuit, neque ille tamen rusticorum juri,

juri, ex moribus diu ante receptis quæsito, hac in parte quicquam derogatum voluit, sed sylvestria tantum, quæ ad Fiscum spectant commoda, promotum iuit. Jam quippe omne *superamentorum* genus cedit sylvestri ejusque domino, a cuius arbitrio dependet, an eadem, velut accessorium, emtoris esse velit, an secus? modo ligna vendens id statim declaret; moderator idem rei alienæ & arbiter inter dominum hæreditarium & illius seruitiis obnoxios esse nequit; cui succedit nunc alia ratio, foresti jure scilicet cautum esse aliquando, quod ramalia aliae, que prima fabrorum manus resecat, der Albraum, cum hæc emtori auferenda conceduntur, prius auchi debeant, quam truncus, es solle, ehe man den Stamm abgeföhret, geräumet werden; vti habet ORDIN. FORESTAL BAVAR. art. 29. it. Gräfliche Hohenloische Jagd- und Forst-Ordnung tit. 22. penes FRITSCH. in C. J. Venator. p. m. 192. & 242. ex quo primum est, præcedere oportere horum lignorum deruncinationem, & a materia ædificii separationem, ipso quo ad eos Ordinationes Provinciales prædictis moribus adiungunt. Nec est, quod obuertas, ad eos tantum, quibus haud libuerit rudem materiæ molem deportare, Constitutionum sanctionem pertinere, ne succrescentibus arbusculis mora tollendi hæc impedimenta damnum inferat, quoniam LL. non de singularibus, sed ēπι τὸ πλέστον euinentibus præcipiunt. Valde equidem obstare videbitur ORDIN. WÜRTTENBERG. qua Tit. von Bau- Holz. sanctum fuit: Es soll forthin niemand gestattet werden, weder Häuser, Keltern, Scheuern, oder andere Gebäude in unsern eigenen, noch unser Unterthainen Waldern, zu zimmern &c. cum quo conuenit: Hessen-Cassellische Forst- und Holz-

Holtz-Ordnung Tit. Bau-Holtz zur Hofhaltung und Dienst Sold, §. Es soll auch ic. nec non Gräfliche Hohenloische Jagd- und Forst-Ordnung Tit. 18. §. So wir nun ic. ap. FRISCH. C. J. Venat. p. 3. p. m. 144. 237. § 295. conf. BEIER. Handwerks-Lexicon a Dn. STRUVEN edit. verb. Zimmer-Hieb. *Enim vero de exquisitiori elaboratione, neutiquam de illa, de qua nobis nunc sermo est, dispositione, ista ut intelligamus, nos mouent præter alia ejusd.* ORDIN. HOHENLOENS. verba, Tit. 22. §. *Doch da es sich zutrüge ic. ib: Es sollen die Wipfel, Nest und alle Alsterschläge von den bewilligten Bau-Hölzern, so in unseren Waldungen gefället, uns alleine zuständig seyn, und so bald Klafterweiss aufgemachet, und wo wir deren nicht bedürftig, verkauft werden, ic. quæ alias ante relatis e diametro forent contraria, conf. H. F. von Göghausen Notabilia venatoris §. 210. p. 163.*

Attigi, sed breuissimis, jus etiam forestale in arte juris consultatoria, c. 4. th. 49. ei tantum fini, ne sint nescii rudiores, quibus nostra manuductione vti placuerit, quam late pateat illa syluarum, & maxime quæ cæduæ sunt, custodia atque cura, quam comprehendit publicam, ne excindantur omnino, aut defrumentur, sed debita cultura conserventur, inque posteros transferantur integræ. *Enim vero dolendum est maxime, quam vtile hoc sit, tam securè passim negligi. Qui accuriatorem tractatum desiderat ejus, quid ea in re vel iustum sit? quidue ars boni & æqui possit, si coniungas eidem prudentiam politicam & œconomicam?* illi auctor fuerim & suafor, vt audeat Schaumburgs Einl. j. S. Recht. P. 2. Exerc. 5. §. 12. seq. vbi fatis perspicue ligna a materia ædificiorum aliæ se junguntur, quorum ita vniunt nomine des Feuer-Holzes, hæc autem dispescitur in Bau- und Nutz-Holz, minime neglecto sensu communi, qui in externo rerum vnu segregat, quæ non ejusdem, sed diversi sunt generis, veluti, Bret-Schindel-Baß-Bäume, Balcken, Sparren, Schirr-Holz, Hopf-Stangen, Bau- und andres Stamm Holz.

Ad

Ad hanc vero Exercitationem Schaumburgianam eo Iubentius me refero, tamen præter instituta Saxonica vix alia tradat, quoniam docuit jam me longa vita usque carum rerum, quas referunt ad Iura Principum nostrorum regalia, atque emolumenta Fisci, quibus cum consueui longa annorum serie tractandis, quam longe lateque fluat, quicquid, disciplinæ in his ex more regionum fiat tralatitium. Neque est, ut quem fallat opinio, quæ ab uno Principe perlatæ fuerint Ordinationes forestales, non posse facere jus commune. Enim vero, cur Galli, Hispani antiquæ populi, apud quos nullam autoritatem habet jus nostrum Cæfareum, hoc nihilominus in dubiis casibus utilissime consulunt? Si non, quod ubi deficiente aliqua Constitutione jura peregrina quoque in usum ibi recipientur; & prorsus ex his factiū demonstretur, quid obtinere possit debeatue? Maxime si diversorum Principum Ordinationes in uno aliquo puncto conueniant, nisi cujasque loci conditio aut consuetudo impedimento sint. Quæ vero quondam Wilhelmo Leisero aliis Dd. visa fuit latere insignis difficultas, circa ipsum Forestarii juris fundamentum, quæ Iurium interpres in variis opiniones passim obuias distraxerit, eam fere sublatam crediderim, posteaquam Iuri Germanico & priuato & publico ex cognitione germana & genuinis historiæ patriæ adminiculis petita, represso etiam peregrinorum abuso, has nosce mus novum plane faciem, habitumque multo illastriorum induere contigit, vt nunc pene omnes, modo quidquam hominis habeant, et rationes dictorum inquirere adquescant, & opiniones vulgares minime iniuti ob id ipsum negligant, quod inuicem pugnant.

Conquestus fuerit suo tempore *Heigius*, quod deinceps alii quoque se in judiciis expertos fuisse, antum, jus forestarium, ex quo Principum proprium factum sit, ne quidem usum sui, & in quo consistat, alias satis cognitum perspectumque post se reliquerit, quando quidem illum sibi solis vindicare & peculiarem quasi inde artem extenuere soleant saltuarii. Neque hoc solum, sed & eosdem suam disciplinam legibus exemptam, tanquam istis superiorem gloriari, idemque persuadere dominis harum voluptatum dulcedine inescatis. Imo quicquid in mentem venire potuerit cuiquam dicere, de hujus juris exercitio vario, ac si conferatur, a se inuicem diuerso, cuius rei argu-

mentum sane ex tam variis minimeque consentaneis Principum Ordinationibus forestalibus: hæc sane molimina tanti ponderis non sunt, vt ingestabile onus efficiant. Quidni totam molem inertem sic profernere licet, vt fiant ramentis plumbeis leuiora? Modo artem illam aut ipse calleas, aut peritos rerum arbitros adhibeas. Neque me tanta occupat hebetudo, qua non perspiciam istam diuersitatem in h. ipsa §. & Ordinationibus forestalibus ibidem in medium allatis, quas tamen conjungi sibiique inuicem recte conciliari multum refert, vt conferant discordantium ad speciem vocum concordiam. Sic Resol. Saxon. de a. 1698. §. 34. ejusdem tenoris est, cum Ordin. Polit. Magdeb. de a. 1688. c. 9. §. 4.

§. X.

Præcipue animaduertendum est illud LIGNI & MATERIEI discrimen, Juris tantum non interpretibus, sed LL. quoque nostris approbatum. Hic certe cum fabris, quorum strepitus alias non æque ferunt docti, istis conuenit, aliqua inter disciplinas atque artes intercedente cognitione. Enim vero quis ramos, frondes, corticem, similiaque resegmina den Wald-Spahn retulerit ad materiam ædificiorum zum Bau-Holz, quum sciat, fabris talia perficientibus nihil negotii esse cum istis superamenti, foco tantum utilibus, sed ad eam, quæ jam præformata est, vt expressius forment & poliant, materiam, tantum neruos intendere? quis non potius lignis eadem accenseat, quæ Vulcano offeruntur, dem Brenn-Holze, vt seruat rei domesticæ. Quemadmodum igitur ædificiis extruendis eorundemque ruinis auertendis jura non minimum fauent, quare fit vt non saltem Dd. in seruitute oneris ferendi, tigni immittendi, precario locum esse insificantur, PETR. MÜLLER. ad STRUV. Synt. J. Civ. tit. de precar. Exerc. 45. tb. 56. qui-

quibuscum sentiunt Dnn. SCAB. HALLENS. in Resp. Mens.
 Octobr. 1727. ad int. Annen Rosinen Vollhardtin, Gorlicium
 versus dabo, cuius argumenta, plenumque tenorem ad-
 ducre prolixitudine prohibeor, neque in causis ædilitiis
 Bau-Sachen appellations sine discriminé recipiendas
 judicent, quod ex eod. præjudicio colligere licet, quin
 ORDIN. PROC. SAX. RECOGN. ad Tit. i. §. 6. talismodi
 causas sine strepitu & celeriter expediri speciatim jubeat;
 verum etiam LL. insignem prærogatiuam Creditoribus,
 in refectionem ædium pecuniam mutuam collocantibus,
 concedant, & aream, si dominus ædificare nolit, reip.
 vel cuius ædificanti addicant, aliae ratione declarent,
 quantum publico referat, vt sarta tecta conseruentur
 ædificia, & non sint ruinosa, sumitus quoque ædificiis
 extruendis reficiendisque impendendos reputent necessa-
 rios, vel saltem utiles: ita pari ratione Constitutiones
 Principum, vbi ædilitias imperant subditis operas, ædi-
 ficiis potissimum esse proprias, vt sine impedimento
 extruantur, earundemque ruinae evitentur, nos dubi-
 tare non finit ORDIN. EL. SAX. PROVINC. de anno
 1555. tit. von Bau-Frohnen, vbi luculentissime decla-
 ratur, ex arcibus & domiciliis nobilium egregiis ac splen-
 didis quantum decoris & splendoris imo utilitatis toti pro-
 uinciae accedat, quod sane ad usum familie, quo ligna per-
 tinent, referri nequit. In ipsis quoque rerum argumentis
 videoas lignorum vecturas, die Holz-Fuhren, a vecturis ædi-
 litiis von Bau-Fuhren, sollicite discerni, & nescio an rarenter
 in libris nobilium centualibus earundem seorsim mentio
 fiat? Consulto id fieri, plane nullus dubito, quandoquidem
 reuera objecto s. materia differre, ex iis, quæ modo
 ruminauimus, colligitur. Sed quid opus fuisset tali di-
 stin-

stinctione, si, quod prius tibi in mentem venire poterat, sub vnis aliæ comprehenderentur?

Non sunt ignari, qui artes humanitatemque sic tractant, vt ad usum referant, quicquid magna & diligent contemplatione consecuti fuerint, quod ista, quæ materiae præparationi seruant, a Mathesi sua fundamenta et principia petant. At iidem scire debebant, habere quoque v. c. tignaram, quod non sine fructu communiceti cum doctis. Stabit hoc & complebitur lectis crebroque regulatis, quæ infra dicentur in poststatione. Illud unum interea monere sufficiet, architectis curas esse debere, qua ratione structuræ succussionibus obuiam eatur? Duplex videlicet est ea fini quæstio alicubi nouissime proposita. I. Wie das Schüttern der Stuben und ganzen Gebäude verhindern werden können? II. Was darauf ankomme, wann die Balken auf die hohe oder auf die breite Seite gelegt werden? Quæ in re jubeatur ab eo, qui hoc vult illorum causa, consulere Jacobi Schubleri Sciagraphiam artis tignariæ sub 18. figur. 164. vbi declarat is, p. 84. & 164. nec sine ratione, onus eo modo sic diuidi & ad utrumque latum & parietem edificii deferri. Illo primum posito, ad ejus quod reliquum est in ista disquisitione, prius affirmando, hunc in modum pronunciat. Indem erstens Falls dadurch die ganze Stärke des Holzes genutzt wird, und die dicke oder hohes Seite des Balkens natürlicher Weise mehr tragen kann, und nicht so leicht nachgibt, als die schmale. Neque vero hanc diligentiam semper sufficiutram intelligimus ex iis, quæ sequuntur. Ist ein Gebäude, inquit, sehr breit, als 16. 20. und mehr Ellen, und sollen gleichwohl keine Säulen, und Quer-Wände hinein kommen, auf welchen die Balken ruhen, so muß man mit Hänge-Werken zu Hülfe kommen.

§. XI.

Vlterius dudum hoc usu inualuit, vt siue confessoria actione aduersus rusticanos experiatur dominus, siue hi aduersus ipsum negotoriam intentent, vtroque casu ille affir-

affirmando id juris sibi competere, ut has illasue operas ab ipsis exigere valeat, probandi onus effugere nequeat, quamvis minime inficias eam, spectata ad nostra vsque a vetustissimis tempora hominum proprietorum conditio, quod parum præsumtio libertatis naturalis rusticæ nostræ genti opitulari videatur. Concedo pariter, in dubio haud arripiendam esse delicti suspicionem, & quum alias hæc in Magistratum præprimis non facile cadat, non statim audiendas esse rusticorum querelas, quas contra dominos mouent. Ecquis enim credit, nisi re comperta, eos concessu in subditos imperio abuti, vt operis nimiis, atque indebitis, istos grauent? quemque ingenium rusticorum tam latet, vt nesciat, per sepe colore actionis justæ, subditorum *δυσκολιῶν* induci, quæ magis coercent mereantur, quam adjuvari. Nihilominus perstat sententia, quæ his onus probandi remittit, inquit illum operas vrgentem ac affirmantem rejicit, nec immerito, quod generaliter factum probari debeat affirmatum, *non negatiuum, atque præsumtio naturalis libertatis*, veluti perpetua, domino aduersetur, iadique contra eum, etiam si in quasipossessione seruitiorum constitutus sit, mala fides præsumatur, vt titulum & actum possessionis probare necesse habeat, quo deficiente, magis est, vt precario & ex familiaritate, quam juris vinculo subditi operas præstissime videantur. Ea juris præsumtio quantum hac in re valeat, perspectum habeo ex eo, quod saepe SVMM. APPELL. SENAT. DRESDENS. & præprimis Mens. Mart. 1722. judicauit in causa der Gemeinde zu Wachau contra Frau Magdalenen Sophien Elisabeth von Schönenfeld. Quod autem admiserim, rusticam plebem dudum libertate naturali dejectam videri

E

pri-

primaria, huic sententiae nec quicquam officiet. Non memini subditos, quando operarum causa decertant, unquam hoc agere, ut omnino liberi, aut a quoquis seruitiorum genere se immunes esse velint; sed jugum unquam accipiant, quale hoc esse debeat, contendunt acrier, eaque in re arbitrio dominorum stare nolunt. Tu ne jam domino generalem enunciationem prodeesse arbitraris? an oportere generalem sermonem sensu juris accipere, & rapere occasionem, quae praebat benignius responsum? Nostrum vero quem præterit, pristinis temporibus multo feracius & yberius esse seculum, nouis subinde excogitatis seruitiorum cum generibus, tum qualitatibus. Itaque largieris, domino in probatione seruitiorum specialiori deficienti non esse, quod rusticorum mores erga se difficiles accuset, imo eosdem quoque ab omni reatu vacuos esse tamdiu credendum, donec sententia judicis supererentur, ac pariter præsumptionem, quæ est pro Magistratu, generalem specialioribus subditorum querelis facile elidi.

Illud etiam, cum forum frequentarem, obseruatum complures mili fuit in causis operarum, imprimis ædilitiarum, vix unquam fore, ut rustica quædam familia, quæ aduersus dominum prædii nobilis experiri satagat actione negotaria, vt collineat istuc, quo propositum consequatur. Et qui possit tuto ferire, si non quod considerationem intendat in hanc partem: utrum libertas, quam præ se fert sit integra? nec magis afficiat bona vniuersitatis communia, quam cuiuslibet personam ejusdemque conditionem, qua stat cadique. Eam rem vero, cum primum recordarer harum specierum, quæ ante annos complures obnenerant, dicendo dilatare, tum quidem non permittat temporis angustia, alia tamen, si concederetur, occasione nihil omittere decreveram, quin plana fierent omnia. At enim magnum cum esset conari, difficultius erat polliceri, intelligentibus videlicet quam scopolose dif-

fici-

sicilique in loco versati fuerint semper, qui hic aliquid tentauerint, in quibus fuisse existimo paucos, qui scirent aut recogitarent, quid tandem sit negare? Hujuscemodi autem cogitationes earundemque convenientia neque possint esse, nisi ad modum obscuræ, ut is, qui negligat ipsam rem, de qua aut cogitat aut loquitur, siue quid affirmet siue neget, eidem haereat aqua ipsi nescio, quid facere in mentem veniat? Qua de re velim legas meditationem, qua habetur in Gundlingianis P. 32. S. 3. §. 13. seqq.

Quotnam vero & qualia non in actionibus hic propositis, & imprimis Negatoria occurunt singularia, quorum alioquin duo vel plura jungi Dd. vulgo, pro ea, qua possint libertate, vetare solent. Inventum sunt ita iuris Romani pro vindicandis aut seruitutibus, aut negandis. Illas autem rebus tantum inhærente, ac non nisi in patiendo vel non faciendo confistere, etc, nemo dubitat. Iam vero profunrur ad jura, quæ dicuntur seruitutem esse similia. Actiones quippe, quæ pro afferendis vel negandis seruitutibus competant, easdem recte accommodari credunt vindicandis vel declinadis istis iuribus. Quantum nunc discriminis hic objicitur inter vrasque partes in quilibet specie? Sic videmus quæ ea quæ oculis cernuntur. Deinde, vt post multam & vberiorem questionis controversæ: an possessor seruitutis actione Negatoria conuenitus, *eam probare debet?* excusione, a jentem sententiam amplectam, inter Ilos tamen, quos sequimur ea in re, proflus non conuenit de rationibus, quæ pro hac defendenda adferri solent. Scilicet, quod negantis simpliciter nulla sit per rerum naturam probatio, cui rationi plurimum tribuit Gundlingius, (Gundlingian. P. 28. Seet. 3. §. 18.) camque ait hoc loco verissimam esse, cam rejicit omnino Thomasius, in dist. de onere probandi in actione negotiatoria, §. 20. seq. & alteram tantum retinet, illi l. c. reprobant: hunc nempe, qui liberum dicat præmium suum, in fortissima juris præsumptione nisi etc. Leiferus e contra, Med. ad Pandect. Specim. 119. med. 5. qui cum prima conjunctam vult posteriore rationem, non infitetur, se hanc semper credidisse insirmissem, neque alio modo eam sustineri posse. Quantacunque enim sit vis præsumptionis pro libertate, tantam profecto non esse, argutatur, vt non longe fortiore, quæ ex possessione desumi solet, vincatur.

Scilicet, qui possidet, eum legitime possidere, facile credi existimabat, & possessionem ut par est acquisiuisse. Hoc agnoscere ipsos iurium nostrorum conditores, atque propterea ei, qui quod ad personam in servitute vel libertinitate est, & ad libertatem aut ingenuitatem prouocat, probationem libertatis vel ingenuitatis imponere. l. 4. §. vlt de liberal. caus. l. 14. de probat. l. 20. eod. l. 4. C. si serv. exportand. Nihil esse istis LL. clariss, nec aliud habere, qui contra sentiant, quod ad eas respondeant, quam a libertate personarum ad libertatem praediorum argumentum duei non posse. At cur, regredit ille, duci non posset? Major vtique est libertatis in persona, quam in praedio fator. Itaque a majore ad minus argumentandum est vtique. Concidit ergo, sic concludit, sententia nostra, nisi aliud pugnaculum, aliquam differentiam rationem circumspiciamus. Eam autem, pergit, commodissime inueniri in priore, quam Thomasius tantopere despiciat, ratione, etc. Enim vero auctore Gundlingio, l. c. §. 4. seq. nec quidquam tribusadum erat presumptioni possessionis, quia actio Negatoria alterius possessionem solitariam in nihilam illico redigat, & possessio servitutem dare nequeat. Inanis igitur questio ipsi videtur: an is, qui Negatoria agit, servitutis possessionem in altero agnoscat & approbet? Sumit deinde §. 17. si usurpator veram possessionem servitutis non habeat, necesse esse, vt veram libertatem una cum proprietate retinuerit dominus rei. Eum igitur, quia istud negari nequeat, tam diu in libertate non solum tuendum, sed & propter presumptionem efficacissimam, quae non nisi facto legali aut juris concessione evidenter demonstrata tollatur, ab omni onere probandi immunem esse praestandum, & sufficere negare, alteri esse jus servitutis. etc. Quam vero multus ibi est atque acer Vir celeberrimus in conscientia ex conscientie necessaria conclusione, vereor atamen, ne hominibus expeditis & paratis semper, quales, qui Præfici vulgo audiunt, haberi volunt, hoc persuadeat. Accedit, quod loquatur, de Negatoria actio vtente, tanquam simpliciter negante, nec aliquid immiscente, quod sibi optime cognitum afficeret. Hoc qui faciat, cum imprudentem esse, nec eloquentiam in tacendo intelligere sitam, hinc poenas garrulitatis merito luere, quodque adseueret in luce constituere merito obstringi. Id vero aliquando haud temere

mere temperandum censet, si forte ipse aduersarius breuissimi vsus tempus allegauerit. Quem vero latet istud genus hominum, cum quibus in foro res est, tantum non semper loquacissimum deprehendi, neque tam facile auscultandis monitoribus cathedraliis.

Plura jam referre, quæ usum doctrine de hac illaue actione rite instruenda admodum difficilem reddere solent, jam non vacat; quorum spectat suo modo diuisio seruitutum in affirmatiuas & negatiuas, qua sit, vt putent actionem confessoriam posse verbis constare negatiuas, & negatoriam affirmatiuas, quoties scilicet natura seruitutis haec sit, vt actoris intentio negative exprimenda sit; dum notes apud latine loquentes ex plurium negationum concursu enasci ajentem sententiam, quæ tamen non obtinet apud eos, qui vernacula lingua vtuntur, vbi fortior negativa excluderetur. Næ, ego vix dubitarem, si non in aliis quoque iuribus serritatum similibus aut iisdem vicinis fatem fieri posse, vt impeditiores ea reddant dictas actiones accipiendas, conformandas, nec non coloribus distinguedas atque ornandas; sine dubitatione tamem illo casu, vbi de operis ædilitiis simpliciter aut omnino detrectandis agitur, animum percellere oporteat leges patrias, de his satis perspicue perlatas; quales sunt non sole Saxonice, sed & aliarum provinciarum. Ita Ordin. Polit. Ducatus Magdeb. de anno 1698. §. 8. Wo der Baufuhrn halber zwischen der Obrigkeit und Unterthanen pacata, iusticata oder sonst gewisse Maas und das Herkommen verhanden, daby hat es sein unveränderliches Gewenden. Sonsten sollen die Unterthanen über ihre ordentliche Dienste zu denen von Altershero befindlichen Gebäuden der Ritter-Güter, sie mögen, mit dem Rittersige unter einen Dach hfangen seyn, oder nicht, die bendthigten Baufuhrn zu thun verbunden seyn. Wenn aber die Besitzer der Ritter-Güter neue Wohn- und Forwergs-Gebäude an denen Orten auf führen, wo vor Alters keine gewesen: So soll unsere Magdeburgische Regierung darinn iedesmal ermessen, wie lange und auf was Masse die Unterthanen diesfalls zu dienen schuldig seyn sollen. Zu denen Gebäuden aber so auf des Ritter Guts Grund und Boden nicht belegen, seynd die Unterthanen weder Pferd- noch Hand-Dienste zu leisten pflichtig, sondern damit allerdings zu verschonen.

§. XII.

Tum vero dominus non modo probatione superseedere potest, sed subditorum quoque renitentia juste coërcetur, quando lex ipsis aduersatur, operasque indicit; quamobrem F A C. J U R. V I T E M B. ad Requis. Regim. Martisb. anno 1724. Mens. Dec. in causa der Gemeinde zu Schleßtau contra Christoph Saden deserta probatione, quod mirum videri poterat, salem rulin sententiam: das Beßagter sich an dem ihm zuerkanten Beweise zwar versäumet, nichts destoweniger aber Klägers Principalen des von ihnen beschéhenen Vorwendens ungeachtet, bey verspürter Unsicherheit derer Diebe und Rauber, und so lange die Gefahr vorhanden, den Rittersitz zu Beuchliz zu bewachen schuldig ic. ic. quam, non attenta leuteratione a subditis interposita, confirmarunt S C A B. L I P S. Mens. Aug. 1725. At, si nunc quæras de MATERIA ædificiorum adhuc rudi, si de lignis in commodum familie, & tantum non plane necessariis, quibus ædificia suffulciantur, conuehendis, quid demum statuendum sit? Ex Constitutionibus, vt alio loco vberius explicabo, prorsus non liquet. Itæ vero probationes qualificatae, de quibus §. præced. si in promtu sint, nihil minus reor, quam penitus indefinitas postulari operas, sed mihi de determinatis cogitare videris, quæ quidem parum aut nihil negotii nobis facessunt, quoniam de iis rara disputatio obuenit, eadem ex pactis, circa eas initis, facile tollitur. Maxime enim attenditur quid conuentum vel promissum, vt ut tam frequentes haud reperies Recessus, vbi ita determinentur operæ, vt omnibus vlo tempore occurrentibus dubiis satis fiat, quandoquidem juxta illud P O E

T A-

TARVM GRÆCANICORVM ANTESIGNANI ODYSS. T.
fere sub fin.

Ἄλλα ἔγαρ πῶς ἐστιν αὐτῆς ἔμμεναι τοῖν
Ἀνθρώποις.

Itane, inquis, non quiescat ab executiendo probandi onere, qui cum per LL. civiles & maxime patrias, tum per pacta conuenta, probe stabilitum & fixum putet id, quod justum est in illa re, de qua nunc forte agitur? Quiescat sane, per me licebit, dum non faciat magno suo malo, si aut non accipiat, aut asperius monitorem admittat vel ipsum legistatorem qui si quandoque patiatur, ut Dd. jus Civile noua quam & ante inusitata in Scholis ratione tradant; non pariter committit, ut jus dicentes vulgarem viam, das Herkommnen deferant, vtrinque verba tenentes, non vim & potestatem. Quamobrem valde vereor, vt sint admodum perspicaces & sœpe ne quidem probi, quibus perspectum non sit, quanta dissidiiorum feges vbiuin ex ignoratione Grammatica potissimum oriatur? vbi in ea disciplina versemur, quæ justæ interpretationis quasi fundamentis innixa consistat. Id quoties in mente venerit cuiquam sagaciiori, (quin recurrat autem vix fieri potest raro:) qui non doleat has temporum vices? Quibus sunt, qui ignorantes facere quo securius landi ducant. descriptio juri periti forensis umbra. At prodeat in conspectum, quod ægre committent, qui humanitatis cultum non omnem neglexerit, ut hic factus esse intelligatur, cum ad frugem corrigeretur. Nolim sane id mihi indulgeri, ut tristiori habitu sumto commonstrem, quibus maxime Auctoribus istam felicitatem temporum augescere in dies eueniat, & num sint illos inter, quibus maxime fides habeatur, & a quibus artis præcepta petantur, quam sciunt cum ignarissimis.

Ais tamen, imo vrges, quidopus sit ea in re alienigenæ hominis Scientia peregrina, aut studiis atque virtute externa? Barbarum hic semper fore, existimas, qui nulli vspiam intelligatur. Tacebo igitur & facto experiar, an etiquam præclusa ynquam via fuerit ad hanc eloquentiam perueniendi, quæ in taciturnitate sita sit? inque ea non minor sequentium frequentia & magna animi contentione versari quievim? Hoc ævo imprimis, quo satis beatus videatur bonus quisque &

for-

fortunam fecisse, qualem frustra sibi pollicentur, qui alias artes præter illas fori cantiunculas non didicerint. Audiant nunc juniores, quos inter ante aliquot annos quispiam haud ignotus a Magno parente seque ipso, poteaquam in libello de litteratura juris attigerat illas Alciati tempore ortas Realistarum & Humanistarum familias, ut notiores faceret, cum animaduertisset, eorum nondum penitus extinetam esse rabiem, nostris etiam temporibus tantum non vbiuis tales inueniri, magno ausu & spiritu paulo vehementiore contra interpretes juris barbaros perorauit. Neque facturum suisse credo, si caruisset, aut maleuolorum odis, aut sensu calumniarum, & leuandas exitimasset artes ab ea, qua nunc, ut unquam premuntur inuidia. Hac in oratione mire placuit, quod illos barbaros juris interpretes, vtcunque hi multis modis, imprimis autem ob imperitiam suam miserrimi videantur, tamen in hoc fortunatos prædicet, atque sic facere debere contendit, quod difficillima legum capita & nodos gordios quasi aliud agendo facilissime expediant. Quoniam enim verborum potestates conjunctionesque ignorant, iis pro lubitu verbum quolibet significare, quicquid velint, ex quo quidem celeres & expediti siant, sed miserabiles LL. interpretes, seu potius veri juris vtriusque tortores. Scilicet uno aut altero verbo aliquantulum intellecto, cætera ex ingenio supplere. Eos vero omnes missos facio & magno desiderio teneor illorum virorum, qui nostra ætate exempla stiterunt artis interpretandi, quorum ferre laudem & titulos omnes cupidissime persequuntur, neque tamen corundem infistere vestigii aut velint, aut valeant; vt prorsus referant eandem speciem, aut disciplinam accipere, in qua isti edocti fuerant; quo minus nouas vndique conquerirant. Itaque manent hi, de quibus jam refero, & manebunt fortassis exempla inimitabilia. De aliis alibi dictum fuit, & dicetur, si occasio tulerit. Nunc tantum res erit cum Bochmero, clarissimo quondam Friedericianaæ sidere, qui præter tot egregia opera dedit quoque aliquot differit præfenti argumento plurimum lucis ex historia & philosophia juris capienda, prælaturas; quorūm refero istas, de interpretationis grammaticæ fatis & usu vario in jure Rom. a. 1742, de verbis directis & obliquis a. 1717. nec non de suspectis conventionum formulis, a. 1727. & de interpretatione facienda aduersus eugen, qui clarius loqui debuisset, a. 1700. Item,

Item, cum de jure & statu hominum proprietorum a Germaniae servis non Romanis deriuando, et de vsu hujus doctrine, a. 1716. tum de imperfecta libertate rusticorum in Germania, a. 1733. Nimis longum tædiosum fuerit corrupso omnes latebras, quas habere querit, quisquis sit scriptor, si rimari volupe sit aut optima quaenam, aut qua maxime sint ad palatum vulgi vtcunque erudit. Satis nobis sit cognitum habere, quod sciuerit, quam parum in jure profecerint, qui possint aliquas, imo plerasque e compendio suo recitare ad vnguem definitiones atque divisiones. Iurisprudentis autem officium vel binis circumscribi posse verbis, quod consistat in interpretatione & applicatione jurium. At quot latent in iisdem scopuli, tamque alti recessus, in quo penetrent seque ibi condant, qui parum sciunt, istique Iurisperito comparandi, quem false vetabat quondam insolefere & cornua ideo sumere Henricus Stephanus, quoniam is audiat, quod peritiorem suam coquam censeret, his additis decreto rationibus:
*Et juscum et plurimorum jurium,
 Sint illa sue carnium, sue piscium,
 Vorare tu tantum, illa & apparare scit.*

Illius quidem cordi in diff. qua contendit interpretationem (paucorum videlicet) faciendam esse aduersus eum, qui clarius loqui debuit. §. 2. vehementer dolet, jam diu esse, quod sola interpretatio tot fluctus repererit, vñ quis principia hujus doctrine ex ingenibz Dd. voluntaribz petere vellet, iter incertum & periculoso ingredi necesse sit. Nemo, hacenus dubitauerat de ipsa regula, quandoquidem et regula ratio & leges nostræ civiles id ipsum sapius præcipiant. Quærebant tamen, dissensu vario, quis sit, quem clarius loqui oportuisset? Aliis alium nominantibus. Sisto igitur velut ab imis fundamentis erutos penates. Boekmerus certe eortum omnibus opinionibus d. 1. rejectis, ipse generalem præscripsit, sed teste atque interprete *Augustin. de Leifer in Meditt. ad Pandect. Specimen. 41. Meditat. 4.* neque novam, neque meliorem, sed a *Mantica* mutuo acceptam, obscuram quoque & interdum difficillimam applicationis, quin plerunque plane falsam. Cui itaque lubeat istam regulam adhibere, si fortassis disputari continetur de operis ad ædificandum, *Vau. Diensten*, & pœna proferantur antiquitus concepta, quæ tamen sensum admittant ambiguum,

dum mentionem faciant pecuniae, & quod talia feruuntur secundum alias operas consuetas cessatura promissa solutaque pecunia, fidem habuerit rustica plebs, qui datus arbiter suopte ingenio inde excusat: vtrum obligentur rusticci easdem tantum alternatiue, an tunc saitem, cum domicilium ipsum, dey Ritteris, non etiam cum stabula & horrea exstruntur, debeant? Porro, numne determinatio satis certa & liquida, vt operae in alias, licet similes, nullumque onus, quod grauius sit, allaturas, si non & leuiores conuerti æquum videatur? tum, quid referat prædium unum, idque vicinum, ab alio esse diuersum, licet idem amborum dominus sit, neque metuadum ne conditio rusticorum deterior reddatur & quæ sunt id genus alia, de quibus passim litigia jam olim oborta fuisse, ex Carpzouio animaduertas. At quantacunque pars jurium nostrorum, quæ commutari sic solearint, vt pactis conuentis standum sit, haec videatur, tamen multe longius latiusque fluere doctrinam de interpretatione facienda, intelleges, si cogites de ipsis LL. Principum Constitutionibus, moribus, longaque consuetudine; ne qnid dicam de rerum aut inter partes easdem, aut certe similiter, quamvis quoad alios, vel gestarum, vel iudicatarum exemplis.

§. XIII.

Quamvis nimirum arbitraria est omnis operarum causa, tum quoque arbitratus, quem per ORDIN. PROVINC. de anno 1555. rubr. von Baufuhren §. Wo und an ic. verb. Wollen wir auf Ansuchen ic. CONST. ELECT. jz. P. 2. & Decis. Nov. XXXIII. §. Anlangend ic. Legislatores Saxonici ædilitiarum operarum intuitu sibi sumserunt, euidenti se commendet, cum Reip. tum priuatorum bono, vtpote quo demum justitia & æquitas maxime viget, litigiorumque materia hoc quasi igne consumta, querelæ locus manet nulli, tamque pateat longe, si rem recte perpendas, vt tantum non interpretis sustineant personam, adeoque circa dubium pactorum intellectum hærere non oporteat, nec legis sonum gene-

ra-

alem adductius exponendo, judicis partes impleant, aut mentem autoris, quod hic solus potest, declarant, sed quoque id, quod nec Lege, nec Constitutione villa, multo minus conuentionis villius tenore definitum, usque venit nunquam, meroque suo arbitrio relictum est, pro ea, qua pollent autoritate summa, determinare satagant: Attamen, jam determinatas quod attinet, in definiendis secundum quantitatem, qualitatem ac varias circumstantias operis rusticis, autores frustra sollicitos fuisse, ne existimes. Nam si secundum MARONIANVM illud:

Limes agris positus, litem ut discerneret aruis,
 illos dubitas, cum homines ad dissentendum naturaliter faciles esse cognouerint, hac ratione occurtere voluisse futuris rixis? Ea igitur in parte, qua disertis verbis cautum est de finibus harum praestationum, merito silet interpres, siue in coangustandis, siue dilatandis operam nauet; neque hic, sicut in ceteris rebus, jura speciei ~~cum specie compensationem aut permutationem admittere censeo: indeque~~ quantacunque ista sit arbitrandi potetas, subsumo, vt nouae plane species debeantur, noua opus esse lege, quam subditi, si talem ferri contigerit, accipere minime detrectabunt, quod ipsis alia, quam obsequi, gloria relista sit neutiquam. Dominus autem haereditarius, donec princeps talia jubere, rationibus permotus justis, in animum inducat, expectabit prius, quam talem impetraturus sit declarationem, quæ menti antea promulgatarum sanctionum, minime congruat: neque vero ibo inficias, si genus seruitiorum non mutetur, nec onere graventur rustici nimio insolitoque, dominorum spem quandoque in genibus judicum sitam fore.

Nemo interpretum, quod sciam, in dubium vocavit, quod operæ, quæ indeterminatarum nomine veniunt, utimemessene Dienste, (arbitrio boni viri ex ysu ac consuetudine loci definire necesse fit. At nescio, annon in Electoratu Saxon, & fortassis alibi quoque) ea determinatio ad Aulicum et Pronocationum Senatum adstricta, id ipsum male habeat ceteros judices inferiores, vt & Collegia juridica, quæ consulere moris est, quod omni cognitione in hoc capite abstinere oporteat. Proinde, cum quereretur: vtrum hæc potestas definiendi operæ indeterminatas propria sit Cancellariae Electorali Saxon. an cum cæteris etiam communicetur? Distinguendum videbatur. Num de jure controuertatur, an de facto? Etenim, quando de facto tantum disceptetur, veluti si intentio domini jurisdictionalis alicubi sola possessione operarum indeterminatarum sustineatur, sunt qui ejus rei arbitrium omnibus Cancellariis commune esse hand diffidentur. At plane de operis rusticorum, solis ædilitiis exceptis, ordinarii judicem cognoscere, tradit de Wernher, Select. observ. forens. P. 6. Obs. 363.

Me vero nec poenitet diuturno harum rerum ysu didicisse, deque iis certiorem factum fuisse, quæ facile præterire soleant plerosque Scholarum Magistros.

Horum enim ista nimis sedula atque anxia cura, qua vel contraria LL. capita, per distinctiones subtiliores & quæsitas inuicem compondere satagunt, vt eunque modestiam quandam & reverentiam præferant, incidunt tamen non omnino quidem, sed pluries magnam partem, quæ non finant hujuscemodi ingenii telam sic absolti, ne non sit noxia censenda. Præterea nec ninnquam contingit, implicari eosdem argutiis, e quibus difficulter se renocent aut temperent ab extensiōne conclusionum suarum ad nouas consecutiones, quam fistere oportebat intra casus proximos, ne alioquin laberentur paulatim a similibus ad dissimilia, vt tandem magis valitura sint acumina ingeniiorum, quam legum anchoritas. Ipsomet propense credo, recte facere, qui e. c. interpretationem operarum rusticarum ab earundem moderatione vel determinatione separant. Istuc referant, quod ex stricta earundem interpretatione consequitur, dominum, licet ex vectura longinqua commodum sentiat, rusticos tamen adstringere non posse, vt res quæ propiore haberi queant, ex longiore advehant; quod ubi vul-

gari

gari discrimine, quo vtantur, inter eas, quæ manibus & quæ equis
 præstentur opere, vel lege, vel pacto, vel consuetudine ita distinctæ,
 confundi non debeant; quod futurum sit, si cossati, quos vocant,
 euocarentur ad agros arandos non suis quidem, sed domini equis, ne
 quid dicam de computatione temporis ad eas destinati, aut de fossis du-
 cendis. Sed meminerint, multam, si non maximam partem, in ipsis
 legibus latere eam obscuritatem, quæ interpretatione facienda tolli
 queat; quinimo quam parum hoc sit, quod judici in legem licet, ut
 cunque durior ipsi videatur. Nec eadem semper res est, ob quam
 fiat, vt causa quam tractas in tenebris magis, quam in luce ver-
 tur haud inuitis legibus, dum vel nimis haec accumulentur, præfertim
 admixtis obsoletis, sive casus, de quibus perferri contigerit, descri-
 pti fuerint ambigue aut minus perspicue & dilucide, vel a modis enu-
 cleandi juris neglectis aut non bene institutis, si non quoque a contra-
 dictione & vacillatione judiciorum et sententiarum, quæ vetandi ju-
 bendie materiam suppeditarunt. Quid autem harum rerum, præter
 tenorem verborum, tam manifestum fit judici ordinario, vt istud ex
 tenebris suis extrahere possit, nisi ipsem falli velit, aliosque fallere.
 Hinc tanta est interpretationis authenticæ, præ quavis grammatica sine
 doctrinali, præstantia, vt neque dubium videri debeat, an partes, qua se-
 mel in causa dubio inveniuntur, provocauerint & doctrinalem
 ejus interpretationem expetierint, deinde, cum illa contra alterutrum
 litigantium facta sit, adhuc ad Principem recurrere ejusque interpre-
 tationem authenticam implorare possint. Disputent ergo IGI in suis
 Collegiis hac de quæstione, quam diu volent, existimantes, ad illam
 præcipuam interpretationis speciem tunc demum recurrendum esse, cum
 verus legis sensus a luceconsultis neque ex verbis, neque ex ratione
 erui possit, atque argutis suis evincant, nisi per doctrinalem veritas
 inuestigari nequeat, authenticæ opus non esse; nullum fructum inde-
 ferent, quia inter priuatos quoque suorum verborum quilibet optimus
 esse interpres censetur, idemque juris legumlatoribus multo magis af-
 ferendum est. Namobrem nec recte quidem facere appetet judices
 inferiores, qui interpretationem sibi arrogant, cum dubia est senten-
 tia legis & mens legislatoris. Debeant igitur tunc necessario ad Prin-
 cipem recurrere, si vel maxime nulla lege expressa hoc cautum fuisset.

Quod si non faciant, sed legem ex sua opinione explicent. Legislatorem profecto obligare non poterunt, vt si sibi legique sua diuersum sensum affungi patiatur. Et cur non potestas Principis condendarum nouarum legum etiam de praeterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis, qualem agnoscunt isti ex l. 7. C. de LL., comprehendat multo magis hanc, qua antiquam in pendente negotio interpretetur? Sic cognouimus Sententiam Bergeri in Oeconomia jur. quæ defendit subditos, vt vt tigna, Bau-Materialien, quo nomine veniunt Kalk, Steine, Holz &c. ad extirpationem domicilli advehere oporteat, eostamen negat ad vecctionem lignorum infectorum, Holz, so noch nicht beschlagen, obligari, neque talem hoc nomine deberi, jam Cons. æstiu. a. 1707. a Senatu App. sic temperatam fuisse; daß Appellantens Principalen nicht allein die zu dem bey Appellantens Principalen Ritter- sitze vorhabenden Schuppen-Bau benötigte 4. eichene Säulen, so weit solche unbeschlagen in die Erde eingegraben werden müssen, sondern auch das Bauholz, welches derselbe etwa bey fernern Gebäuden zu seinen Rittersitze unbeschlagen gebrauchet, Gleichfalls anzuführen verbunden ic.

Hactenus de operarum rusticarum interpretatione. Transeundum itaque foret ad applicationem earundem, nunc moderatione, nunc determinatione veluti expleturam officii ejus alteram partem, quod in cumbit Iurisperito, sed neque soli, neque semper; si non aliqua, quæ hoc spectent, jam ante commonefecisset, & deinceps quoque recurreret dicendi occasio & locus ad eam rem capiendam opportunus vt dubitem, vtra anteponenda sit?

§. XIV.

Seruiunt denique homines vt victu, ita instrumento quoque suo, quod etiam reficere, & si quid detrimenti, sine tamen culpa domini capiat, hoc ferre debent. Vtraque omnia manu concedo. Enim vero cogites, amabo te, quale istud fit? Num suffectorum hoc putas, quo prægrandes arborum modo cæsarum trabes, nullo tum artificio elaboratas, die unbeschlagene Schwellen, Säu-

Säulen, und Ziegel-Sparren, tuto deferant? an metuis, ne elumbe pecus tanto oneri succumbat, & plaustra parum robusta frangantur, aut minimum, ne quod damnum ferat rusticum instrumentum? Quod si timendum existimaueris, agnosces ipsam materiae adhuc rudis molem eos excusare. Nam nulla est impossibilium obligatio, & si culpam sapit, affectare id, in quo scias imbecillitatem tuam aliis documento futuram, illum dolo haud vacare censem, qui operas a subditis efflagitauefit, quibus praestandis nouerit eosdem esse suo instrumento ac viribus longe impares. Quamobrem eundem, sive remediis violentis, aut minis hoc obtinuerit, sive precibus, de omni damno teneri putauerim. At enim fac, rusticanos instrumento tanto oneri ferendo vtcunque apto minime destitui, tum vero nihilo secius temporis ratio fuerit ineunda. Neminem quippe fugit, quo majori sunt pondere arbores dejectae, antequam delibrentur atque exsiccescant; tanto plus temporis insumi, iisdem alleuandis. Plaustraque imponendis ac vehendis, eoque magis jumenta, ne redditum maturent, impediri vnde sit, vt subditi vna cum pecude in multam noctem labore defatigentur satis molestio, & vix domum redire eodem die queant; quum tamen nox quieti jure concedatur, interdiu etiam per vnam aliamue horam, quibus cibum capiant, & pecori pastum exhibeant, dari vacationem conueniat, nec plures vno die in vnam vecturam regulariter insumi fas sit.

Quidnam autem sibi hoc vult? Si finitores dicant, operas determinatas non esse, quando rustici ex mera domini voluntate servire deberant, et si ita nunquam, vel per longissimos annos aliter seruierint: nec tamen ferant, nisi moderatas, possibles, solitas. Imo submonere com-

sueuerunt, nunquam fore exigendas, præterquam secundum modum antiquum, aut si de eo res dubia sit, ex more et consuetudine regionis: alioquin boni viri arbitrio definiendas prius eum in modum, quo laboribus subdit non plane suppressantur, aut occasio querendi aliena iis praecidatur. Etenim si quid video, confundunt eo modo interpretes cum communi hominum conditione rationem illarum operarum, quæ neque ex juris dicundi potestate, neque ex dominio quodam directo, sed ex alio fonte suprematus, & superioritatis territorialis, eidemque coherentis homagii repetuntur, & si proprius attendas, plerisque referuntur quam maxime ad salutem publicam, minime vero ad commoda domini, ejusque utilitatem priuatam. De viatu enim seruient, et damno instrumentorum, quod ferant ipsum, ex institutis civilibus res per se manifesta videri poterat nec opus ideo esse, vt quid ultra praecipiatur.

Quemadmodum sensui multoties insidiantur artibus suis miscellanes, non ignari, multitudinis opinionem generari aliorum generum cum aliis mixta, vt æque tamen diuisio perturbet mentem, in variis imagines evocando, multumque fundendo inter magnitudinem veram & falsam media caliginis, quæ maius quoque implebit spatium, si fiat id promiscue et sine ordine: ejus rei experimentum facile capias in aliquo horto, vbi flores in plures torulos distincti se offerant, quod majoris quantitatis speciem præbituri sint, quam si omnes in eodem toro simul crescerent, modo toruli illi oculis simul subjiciantur: ita hi, qui diversas hominum stationes, variaque inde pullulantia jura componunt, ea fini, vt que non pro sint singula, multa juvent, falsos fieri tali confusione necesse est. Mallem igitur, si per temporis injuriam licuisset, vt quid ego sentiam, hoc confirmare potuisssem per ista judicia, quæ olim ex Actis eam in rem singillatim & diu collegaram, singulis per locos satiæ æquos & opportune captos digestis. Quid autem de me, tanquam illo — qui quondam — mea regna videns, mirabar aristas, — nunc vbi — infelix lolium & steriles dominantur avenæ. Scio prorsus, quam multos offendat, quiequid est nimium, ideoque moderatione refecandum; modo non præter mensuram et modum sic statuerent. Certe materiam tollendi sedisq[ue] quod attinet, vt discernas hoc, quo opus est, ab eo quod nimium cuius alte-

alteri videri queat, res ea difficultate nunquam caret, & fere fidem Architecti atque fabrorum hic sequi necesse est. Neque crediderim obstat vocem viri eujusdam nobilis & in hujuscemodi rebus aestimandis ab arte Arithmeticā & notitia fabricarū satis instructi, cuius judicium describere, ejusve copiam euulgare vltius non dubito. Is vero ad quæstionem sibi propositam.

Wie viel wohl Quadrat-Fuß, nach cubischer Aus- und Zusamen-Rechnung des sämmtlich erfoderten Holzwerks, nach nöthiger Stärke und Länge desselben in dieses oder jenes Gebäude, nach dem darüber gefertigten Anschlage gebrauchet würden? Sic respondet. Dieses kann nicht besser ausgerechnet werden, als wenn man zuerst den Grund- und Aufriss nebst Profilen gefertigt hat. Denn rechne ich, nach meiner Methode, alle Hölzer von gleicher Stärke zusammen, multipliicire derselben Länge nach Füßen oder Ellen mit ihrer Breite und Höhe oder Dicke, so habe ich den sämmtlichen Innhalt der Cubic-Fuß oder Ellen. Darauf muß ich wissen, wie viel ein Stamm Bau-Holz giebt, und dividire damit in die Anzahl meiner befindlichen Cubic-Fuß: so ergiebt sich daraus die Anzahl meines erforderlichen Bau-Holzes. Zu jeden Balken wird ein Stamm erfodert, weil er am Wipfel so stark, als am Stamm-Ende ausgearbeitet werden muß; hingegen geben davon Stücke ab, die man zu Bändern und Riegeln, und nach dem er stark ist auch zuweilen, zu den innern Säulen des Gebäudes brauchen kann. Ich rechne den sämmtlichen Nähmen, Dachschwellen und fetten Cubic-Fuß zusammen; wobei aber allemal das zusammen platten darüber gerechnet werden muß. Darauf nehme ich die Säulen und Kehlbalken. Bey denen giebt allemal das untere Theil des Stammes 1. 2. 3. auch mehr Säulen, je nach dem der Stamm stark und lang ist. Das mittlere Theil einen Kehlbalken, und das obere ein Stück Riegel. Zu Sparren wird schwaches Holz erfodert, und nimmt man also zu jedem ein schwaches Stämmchen. Desgleichen braucht zu Bändern auch nur schwach Holz zu seyn, oder man nimmt die Stücke von dem Abgange des übrigen Bau-Holzes darzu. Es kommt hierbei NB. auf einen geschickten Zimmermann an, der sein

sein Holz wohl einzutheilen und zu menagiren weis. Es lässt sich auch das Bau-Holz niemals so genau ausrechnen, daß man des- sen nicht manchmal mehr oder weniger nöthig hätte. Daher ist es besser, man nimmt ein Paar Stämme mehr, als weniger.

Bonum factum ratus sum, contextam ad hiberi ejusdem Sententi-
am, vom Trennen des Holzes und dessen Nutzbarkeit. Wo
mann starkes Holz, ait, haben kan, so ist das Trennen dessel-
ben eine ganz gute und nutzbare Sache. In Holl- und England
wird alles Holz gesägt, im ersten Lande auf den Säge-Mühlen,
und im lebtern mit der Hand. Alles gefägtes Holz ist viel stär-
ker und besser, als das gehauene, weil es durch Hauen sehr zer-
schellert und zersplittert wird, und dadurch von seiner Stärke ver-
lieret. Hier zu Lande ist es nicht gewöhnlich, und die Leute nicht
dazu eingerichtet. In Schlesien an der Oder, zwischen Glo-
gau und Cossen habe ich dergleichen gefunden, sonderlich um
Neusalze, Beuten und Freystadt herum, welches mir sehr wohl-
gesessen hat. Neque mihi hoc institutum displicuit, sed feci istud
seruari, cum esset ciuiis regiae urbis in Saxonia, ibique ad ædifican-
dum hanc parum propensus. Hoc ipso autem momento, quo sedeo
& chartas ingerō, quin oculos ad arcessendos sensus longius mitto, de-
nunciatur Holmia Suecica in nouissimis Relationibus. Der Commis-
sarius Hr. Jonas Norberg hat an die Modell-Cammer eine Abbil-
dung einer Wasser-Mühle übergeben, welche viele Stäfe und
Tonnenboden mit einmal schneider und so formiret, daß man sie
gleich zusammen setzen kann. Die Säge ist rund und hat 13.
Blätter, welche so eingerichtet sind, daß ein Stücke Holz von
20. Zoll in Diameter, und das 14. Fuß lang in 8. Theile, und je-
der derselben in 5. Längen zerschnitten 480. Stäfe giebt. Ihm
sind die Kosten, die er auf die Abbildung verwendet hat, mit 300.
Rthlr. Silbermünze ersetzt worden, und nachher hat er eine
Praemie von 1000. Rthlr. Silbermünze erhalten.

Tantum resert expurgificando ingenio artis expertem non esse,
quoniam alios artificio rem singularem excoigitandi superare, ut tandem
discamus quavis materia, que frugisieri queat, recte vti. Quia ta-
men tempori quoque parcendum est, atque errant, qui omnia patefa-
cien.

cienda putant esse omnibus, a longiore orationis egressione calamum retrahere, vt redeam ad operas rusticas, aliquando temperandas pro tempore, alias sic definiendas, si fieri possit, ne perennet licentia domini potestate sua abutentis. Non equidem vituperare illos judices debemus, qui æquitatis vtrinque seruissimi, nolint operas aliquin indeterminatas ex hoc, quod dominus eas saltē certo tempore & loco exegerit, ad tempus illud & locum restringi; nescio tamen, cur non patientur, vt idem citra præjudicium, & consecutionem re & causa minus interdum exigat? judici autem tantum indulgent, vt operas certas quoque & determinatas minuere valeat, sive pacto constitutas, sive per præscriptionem longissimi temporis acquisitas.

Quicquid enim Magistratu, vt fatentur, non licet in Principem, sumto casu, quo is vti confuevit iure priuatorum, id ne quidem in priuatos licet, coque minus, quo rarius contingit, vt bene conueniant potentia & virtus.

§. XV.

Supereft, vt odio demum, quod seryitiis rusticorum ædilitiis, qui pro impio hæc præsidio habent, contra naturalem æquitatem affingunt, eadem defensuri, vel æquitati ~~aliquid targiamur amplius~~. Ecquid enim statuemus, si dominum materia nondum præformata ad ipsam ædificii structuram egere contigerit? aut subditi suis placitis adstringantur ad uehendas trabes etiam rudes vel consuetudine, s. generali, s. speciali, legitime præscripta id oneris receptum fuerit, quod rustici defugint? vel denique statutis & legibus prouincialibus haud inique operæ eo porrigantur, vt ligna subdit, quamuis nondum elaborata, dominis teneantur aduehere ædificaturis. Nemo sane ad regulam tunc efformandum esse duxerit antea traditam hac in re mentis opus. At tum quoque permaneo in ea sententia, quam prius tuli, quando jubent frondes, ramos, segmenta, & quæ hic

G 2

spe-

Spestant alia, separatim congerere, instrumentum erigendorum ædificiorum v. c. **Rüst-Stangen**, ad materiam referunt, vesturas aliquas lignarias, aliasue præstiones remittere pollicentur, proprium instrumentum ihr eigen Geschirr oder Vorspann, it. victum & mercedem promittunt, vel indemnitatē rusticis cauent, & quæ sunt plures ac nouiores rerum figuræ, quibus fabricandis domini, aut qui ab illorum stant partibus, sœpe accidunt ingenium, quo indirecte allicant incautos ad operas alias plane indebitas. Quamquam haud raro etiam male iidem libimet consulant, indeterminatas operas sine specifica eorundem expressione stipulantes, suoque easdem arbitrio permittentes, vel si luculenter determinatas per imprudentiam precario exerceant, wann sie solche zur Bethe ansagen lassen, aliae ratione a subditis præscribi patiantur. Sed quo minus singula latius persequar, tempus festinantem destituit: quare hoc vnum addo quasi superpondii loco: in ORDIN. ELECT. SAXON. POLIT. de anno 1661. Tit. XXIII. cap. VIII. fabros sub multa mercedis diurnæ prohiberi, ne quidquam lignorum aut SUPERAMENTORVM secum auferant domum, s. hoc ipsi faciant, s. suis tale quid permittant domesticis: mihiq[ue] oportune jam venit in mentem: nuper admodum coram SUPREM. REGIM. DRESDENS. me præsente, alterique parti adstante, actum fuisse de SUPERAMENTIS MATERIÆ, quæ cenfebantur ædili vrbico als ein hergebrachtes Accidens inuidere ciues, sed concedebantur ipsi hæc communi placito, Judiciique Illustriss. autoritate in partem salarii vltierius, hoc temperamento, vt faber lignarius, juramento constrictus, prohiberetur, quæ usui adhuc esse possint ad ædificandum, istis adjicere lignis,

Mugz

Nutz-Holz auszuverffen, idque in causa Syndicen der Bürgerschaft zu Oschätz, contra dasigen Rath betreffend. Subfido igitur, otium, quod mihi imposterum a forensi strepitu dabitur, poliendæ huic ad amusim, jam vix præformatæ materiæ, impensurus.

Cum dudum ante ab operis ædilitiis odium, quod impingunt alii immeritum, depulerim, diff. videlicet, quam sub meo Præsidio. a. 1730. defendit B. G. Hommel, post multis Accessionibus locupletata, in *Medit. legal, in rem ruficam & fabrilem*, foras datis a. 1744. nihil equidem opus est denuo adjicere quidquam, preter id, quod præterire non debui, cum faceret ad amplificandum decus & memoriam III. quandam Thomasi quocum re concinere aliquos intellexi, plures autem, vtunque verbis longe discrepare visi fuerint, illud ipsum præse ferre; sed velle & facere cuperem. — Ille quippe, si nemo quisquam in tantum promouere ingenii Germanici terminos potuit, quidni patrem fundamentorum cognitionem fusciperent posteri?

Parumprobabile fieret, si cuiquam in mentem veniret, eos non itatis specie decipi, qui nunc demum & ne quidem applaudente coetu extollant tanta *Thomasi* ~~modestia~~ *quætra* quisquam ne imitatus fuit, ut daretur eundem affequi; posteaquam Sapientia illius par fatum explavit, quod scita philosophiae manet fere semper, qualiacunque eant, vt vix eam ætatem ferant, donec vno alteroue lufro exacto aliis quidam non sine strepitu in scenam prodeat; veruntamen eandem de se experturus deinceps, pro ea, quæ omnium rerum, heu, vicissitudo est, mutationem. Tædeat igitur plerosque ea scire, quæ fuerint & haberentur optimæ, cum viuerent & florarent repertores eorundem: quam causam elegaster pinxit *Gellert*, in den *Geschichte von dem Hute*; nullum pigebit me vnuquam ista descriptio charactoris præcipui, in ejus scriptis, quorum edidit non pauca, obuiam facti, eam puta, quæ extat in den *Wöchentlichen Höllischen Anzeigen* de a. 1761. No. 33. seq. it. No. 40. cum literis capropter ad me perlatis, ibidem per compendium & carptim traditis. Itaque forsitan haud ingratia accipient reliqua, quos summi & singularis viri re-

cordatio delestat. Primum caput est de hominis impudentissimi scurilibus contumeliis, qui sine Auctore affirmauerat: daß er, Thomasius, auf seinen Lehrstuhle statt Methode und Soliditat die Zeit mit geskummelten Diggessionen und Auflösung chimärischer Difficultaten zugebracht, und um seiner Zuhörer Gewogenheit zu erhalten, sich des Kunstgriffs bedienet, Märchen zu erzählen, Buffonnerien und scandaleuse Historichen von seinen Collegen und andern Gelehrten vorzubringen, weshalb er auch seinen Zuhörern den Character der legereté und frivolitè, an allen zu zweifeln, und alles lächerlich zu machen eingepräget ic. Alterum post verba: dabey aber von Natur ic. ista protulit ille scribendo: mit einem sanguinisch-cholerischen nach Ehre trachtenden Temperament in ziemlich hohen Grad versehen war. So war es ganz natürlich, daß er sich durch bessere und nützlichere Lehren hervorzuthun suchte. Und wie einestheils vergleichnen Temperament zur Satyre und Scherz sehr ausgelegt; andern theils er viel Widerspruch fand und heftig angegriffen wurde, also konnte es nicht fehlen. Deinde, post verba: von Vornehmen und Hohen hochgeachtet, sic pergendo: und stand wegen seiner Einsichten in Staats und öffentlichen Rechts-Sachen bey Hoffe in vielen Ansehen, würde auch daselbst leicht zu hohen Bedienungen haben gelangen können, wenn er nicht die Academicische Freyheit vorgezogen. Er pflegte oft zu sagen, daß seine allzu aufrichtige und zum Stellen und Verstellen unsfähige Gemüths-Art sich zu keiner Hoff- und Bedienung schickte. Heuchler und Schmeichler waren seine größten Feinde, die ihn auch am meisten verfolgt. Es haben aber seine Feinde ihm niemals etwas anhaben können, weil er ihnen zu witzig und zu flug war. Wenn irgend einer ic. Denique in sine epistole post verba: mit seinen gelehrteten Arbeiten beschäftigte ic. Folgender Zug, inquit, mag seinen Character zum Theil mit darlegen. Im Jahr 1716. ließen einige seiner ergebensten Zuhörer ein schönes Gedichte und vor treffliche Mnsc auf seinen Geburts- Tag versfertigen. Er ließ ihnen beides heimlich wegnehmen, und entschuldigte sich theils damit, daß dieses nicht, sondern ihr Fleiß und gute Aufführung die Mittel wären, seine Liebe zu erlangen; theils, daß ihre Els.

Eltern ihnen die Gelder nicht darzu, sondern zu Collegiis und Büchern schickten: traktirte sie nach einiger Zeit zur Mittags-Mahlzeit aufs beste, und da sie zu lustig werden wollten, verabschiedete er sie damit, dass er nothwendige Facultäts Arbeit habe. Tantum.

Non multa habeo, que hic remoneam loco et tempori congrua. Tela quippe ab Vffenbachio ad Iudicandum & calumniandum eum jaeta, quin in ipsis literis satis depulsa fuisse intelligas, non dubito. Deinde, quam commendauit Thomasius suis quondam Auditoribus curram, veram sibi ante omnia comparandi notitiam & aliorum & imprimis sui, hanc sibimet cordi fuisse credo. Neque deerat illa fenestra in cordis humani fabrica, quam olim requisuit Momus, cum tot angulos & recessus ibidem conspicatus esset. Consideratione quippe temperaturæ variæ in quoivis corpore deprehendit, per quam in obscuros illos & tortuosos anfractus inspicere quis posset, & salutaribus preceptis eam doctrinam muniuit passim. Quid itaque impedire quiverit, ne secundum ista, tamque scite proposita initia, in se quoque statuerent alii, quo ipse vti confueuerat. Vtrum vero isti fuerint existimatores æque justi an securi? Qui fugere Anonymum nostrum potuit, toto triennio vitæ ejus tenori ad suetum? Hoc equidem vsu venire frequentius videas, vt qui virtutis habitu foret longe inferior, specie tamen externa potior habeatur. Atque opus est, ut qui in arte semet ostendandi, aut occultandi quidnam efficere tentet, aut commode flectendi seque effingendi eupiat prouehi, is prius obsequio paret amicos, neque sit admodum addictus veritati, certo certius apud plerosque sui æmulos odium atque inuidiam sibi pariture. Itaque nihil aget; quem fortuna premit aduersa; quamque acerbum est bellum accipere cum tot improbis & falsis, tanquam alterius rationis & partis. Nihil ibi praesidii cuiquam restat; præterquam in fundamento diuinitus locato, quin cum M. Bruto in eam vocem sub exitam suum prorumpat; Te colui, virtus, vt rem, ast tu nomen inane es.

Dere veruntamen, cui nomen inane opposuit, diffidet nemo, nisi superstitionibus aut magnis, aut minimum parvus obnoxius degat, earundemque sibi sit conscientia. Habent igitur rem. Denique vero quid ipsi ab eo acceptum vsu facere nostrum licuerit, aut scenerari arguento, quod adhuc tractamus, seruiturum, de eo ex commentatore de rufico quondam seruo & aliis constabit, quo-
rum ante mentionem intermittere nolumus.

PRQ.

PROGRAMMA
FAC. JVRID. ERFORDIENS.
T. T. DECANI
JO. PHILIPPI Streits, JCT.

A Edificans in solo suo ex aliena materia, inaedificati, non vero illius materiae fit dominus §. *cum in suo solo. 29. inst. de rer. divis.* nemo enim inuitus re sua privandus. *L. id quod nostrum 11. ff. de R. I.* neque quis cum damno alterius locupletandus. *L. 206. diet. tit.* Sed alter dominium istius materiae retinet; *diet. §. 29.* Vbi dicitur, quod is, qui materiae dominus fuerat, *Dominus ejus esse non definit.* Nam si aedificans dominus quoque fieret, darentur duo ejusdem rei domini in solidum, quod jura non admittunt. *L. 5. §. 15. ff. commodati.* Negant tamen alii in proposito duos esse dominos ejusdem rei, cum enim aliud sit aedificium, aliud materia aedificii, contingere potest, vt alius sit dominus materiae, alius aedificii. *MYNSING. ad d. f. 29. n. 5.* Quamuis igitur æqualiter & pari ratione duo non possint esse domini ejusdem rei in solidum, diuersa tamen ratione & respectu, vterque dominus esse videtur materiae, ille quidem, qui aedificauit, in quantum materia consideratur, vt juncta & connexa aedificio, is verò, ex cuius tigno exstructum aedificium, in quantum materia consideratur in se, ac sine respe

respectu ad ædificium. Alii dicunt, quod ædificans fiat dominus materiæ interim vtiliter, & cum effectu, alter autem, cuius materia fuit, remaneat dominus, et ad interim sine effectu. M A N Z ad dicit. §. 29. n. 12. Z O E S . ad eundem in verbis: *domino materiæ interea sponso*. Prior tamen dominus consulere sibi poterit per actionem antiquam de tigno juncto, quæ definitur, quod sit actio personalis, quâ is, qui tignum alienum ædibus junxit, conuenitur, vt duplum ejus præstet. L. 1. ff. de tigno junct. Causa efficiens hujus actionis est obligatio. Remota variat, vel enim tignum furtuum malâ fide fuit junctum ædibus, vel bonâ. Priore casu nascitur ex delicto. Posteriore oritur ex æquitate naturali, quam jus ciuale ad agendum efficacem reddidit; cum enim tignum ædibus junctum vindicari nequeat, æquum erat, vt remedio alio dominus cogatur inuitus re suâ carere, vel quia melius rei conditionem debebat inquirere ædificans, vel, quia alias cum majori damno tignum extimere coactus fuisset. B A C H O V . in Treutl. Vol. 2. disp. 29. thes. 6. n. 1. Occasionem actioni huic dedit Lex. 12. Tab. quæ tignum alienum, ædibus junctum, non vindicari tantum, sed etiam solui prohibuit, adeoque ne actionem quidem ad exhibendum eo nomine concessit. L. 1. ff. d. t. de tigno junct. L. 23. §. pen. de R. V. L. 6. ff. Ad exhibend. ne ædificia necesse sit rescindi d. L. 1. & ne urbis aspectus ruinis deformetur. L. 2. §. 17. & L. ultim. ff. Ne quid in loc. publ. L. 2. Cod. de ædific. priuat. Controuertitur an hæc actio etiam contra eum detur, qui tignum alienum non furtium bonâ fide ædibus suis junxit? Negatiuam proponunt Z O E S I V S ff. de tign. junct. n. 4. M A N Z ad d. §. 29. inst. de R. D. & alii. Probabilius vero est, aduersus hunc etiam

in duplum actionem dari. BACHOV. ad Treuel. dict. Vol. 2.
 disp. 20. thes. 6. VINN. ad dict. §. 29. ins. de R. D. n. 2. STRUV.
 Exerc. 48. thes. 28. & alii. Colligitur id etiam ex L. 23. §. 6.
 de R. V. & L. 7. §. 10. de A. R. D. in quibus locis actio hæc
 in eum dari dicitur, aduersus quem nec in rem, nec ad
 exhibendum agi potest. Deinde in d. L. 23. §. 6. sciens
 & nesciens opponuntur, & dicitur quod sciens teneatur
 actione in duplum. Non obstat si opponas, Taliter bonâ,
 & malâ fide jungens, erant ejusdem conditionis. Respon-
 detur enim negatiue, quia malâ fide jungens, præter hanc
 actionem in duplum, tenetur etiam actione ad exhiben-
 dum. Diſt. L. 23. §. tignum. non quidem vt tignum exhi-
 beatur, sed vt testimatio præstetur. Quamuis autem titu-
 lum de tigno juncto hodie exoleuisse & domino materiæ,
 cuius tignum alienis ædibus junctum, actionem in factum
 tantum dari ad consequendum pretium, & id, quod inter-
 test, Dd. varii statuant, nitanturque in vniuersum hoc
 principio, quod actiones in duplum, vel quadruplum ho-
 die sint abrogatæ, vt resert STRYK. in usu modern. Pand.
 ad d. tit. §. 1. ipse tamen ad tit. de obligat. & act. §. 3. segg.
 illud principium rejecit, & statuit, regulariter adhuc ho-
 die secundum jura diſt. tit. pronunciandum esse. Cujus ti-
 tuli occasione variae quæstiones moueri possunt; an scili-
 et detur hæc actio in duplum contra fabrum lignarium,
 qui tignum junxit, et si ædes non possideat? Possitne em-
 ptor, si is, qui tignum junxit, ædes vendiderit, actione
 hac conueniri? Possitne is, qui egit de tigno juncto, &
 duplum obtinuit, diruto ædificio, tignum adhuc vindica-
 re? Possit ne is, qui tignum ædibus suis junxit, præstatio-
 nem dupli effugere, si tignum eximere malit, & domino
 restituere? Sed hanc materiam occasione diſt. L. 1. ff. de tigno
 juncto pluribus enucleabit.

NO-

NOBILIS ET CLARISSIMVS
**DN. JOACHIMVS JACOBVS
 REINECCIVS,**

Lucem hanc diuinâ gratiâ primum conspexit in Mulin-
 ga Anhaltina Anno MDCXCVII. d. 15. Mart. Patre
GODOFREDO REINECCIO, cuius & parentis sui **M. HEIN-
 RICI REINECCII**, ministerium sacrum, cui præfuerunt,
 integrum seculum, & quod excurrit, impleuit, matre
CATHARINA HAACKSIA, Canonici apud Magdebur-
 genses filia. Ille, quum Anno MDCCVIII. d. 3. April.
 diem obiret supremum, senex plusquam septuagenarius,
 studia literarum auditus jam tum appetentem educandi in
 eum paternè suscepit curam Vir plurimum Reuerendus Dn.
JOHANNES DIETERICVS, ecclesiæ Langen-Weddingen-
 sis in Ducatu Magdeburgico Pastor, cui etiam seni, vt
 Numen vitam præstet longiorem, orat. Tradidit is pue-
 rum fideli informationi Dn. **CHRISTIANI STVBINGII**,
 Cantoris eo in loco tunc temporis, postea apud Bœken-
 ses, Gluencenses & Wencelauientes in Marchia Branden-
 burgica Pastoris, rudimentis latinae pariter ac græcae lin-
 guæ imbuendum. Prouidentia deinde Dei singulari, ac
 Viri Magnifici Dni **M. CHRISTIANI REINECCII**, Con-
 siliarii jam Saxo-Querfurtensis, nec non Rectoris in **A V-
 G V S T E O**, quod floret LEVCOPETRÆ, fraterna conten-
 tione adjutus, (A) locum obtinuit in *Regio-Electoralis* Mu-
 farum sede Portensi Anno MDCCXII. d. 11. Nouembr.
 Præceptores ibi nactus longe fidelissimos Dn. **M. JOHA-
 NEM GOTTLÖB HARTMANNVM**, Dn. **CHRITOPHO-
 RVM CONRADVM BESSERVUM**, Dn. **M. CHRISTIA-
 NVM HEIDERVM**, Dn. **M. SIGISMUNDVM SCHRAM-**

MIVM, Dn. JOHANNEM CHRISTIANVM MAJVM,
 ac Dn. M. JOHANNEM CHRISTIANVM WEIDNE-
 RVM, qui omnes post discessum suum, præter Dn. M.
 SCHRAMMIVM nunc Con-Rectorem laudatæ Prouincia-
 lis scholæ, quem, vt optat, Deus diu velit superstitem,
 vitam hanc cum æterna beate permutarunt. Ibi omne
 studiorum, quæ humaniorum veniunt nomine, genus edo-
 cetus, quum eam eruditionem literarum comparasset, vt
 publico præceptorum testimonio dignus judicaretur, qui
 in Academicis federet subselliis sub initium anni MDCCXVI.
 abitum paravit, publicè habita pro more oratione Valedicto-
 riâ, de patro Dei erga homines affectu, postquam (B & Bb)
 Anno M DCC XV. jam Lipsiæ nomen, Rectore Viro
 Magnifico, Dn. JOHANNE BVRCKARDO MENKENIO,
 J. V. D. Confiliario Regio & Hist. P. P. professum, in-
 ter Ciues suos academicos receperit. Philosophicis at-
 que linguarum studiis operam magis priuatim, quam pu-
 blice impendit, doctore vñs præcipue, quem etiamnum
 colit, ac superius nominauit, Optimo fratre. Mox Vi-
 tebergam se recepit, vbi apud Virum Magnificum Dn.
 ERNESTVM CHRISTIANVM SCHROEDERV, Log.
 ac Methaph. P. P. tunc Rectorem in Album istius Acade-
 miæ relatus, ad Jurisprudentiam animum applicare coepit,
 sacra studia prius meditatus. Audiuit inter Théologos
 famigeratissimos WERNSDORFFIOS, SCHROEEROS,
 HAFERVNGIOS, nec minus in Ordine Medicorum VA-
 TEROS atque LOESCHEROS viros in sua arte præstan-
 tissimos, juxta Philosophos summos SCHROEDEROS,
 JANOS, HASIOS, ELSVIGIOS, WOLFFIOS, aliosque,
 cum publice tum priuatim docentes, linguae etiam gallicæ
 aliquid temporis tribuens. Præcipue vero (C) JCTO-
 rum,

rum, quorum famam nunquam interituram dicit, vt pote
HORNII, **WERNHERI**, **GRIBNERI**, **BASTINELLERI**,
MENKENII, **HARTVNGII**, **BRENDELII**, **KRAVSEI**
 scholas assidue frequentauit. Hac ratione in vtroque ju-
 re tantum profecit, vt eum crederent idoneum, qui in
 forum prodiret, atque vires ingenii in defensione par-
 tium litigantium, periclitaretur, quod primum tentauit
 Serueſtæ, fere sub auspicio anni M DCC XVIII., (D)
 manu ducente admodum juuenem Dn. **AVGVSTINO THEO-**
DORO HAACKSIO, Praefecto Lib. Baron. a Plotio ac Ad-
 vocato Aulico in dieta vrbe, auunculo quondam bene cu-
 piente ac honoratissimo, cæterum juris peritia atque cau-
 lis quadraginta fere annos feliciter transactis claro. Per
 aliquot annos ibidem commoratus pluribus quidem speci-
 minibus tam ciuilibus quam criminalibus innotuit, grati-
 am inde cosecutus Aulæ non minns, quam Senatus oppi-
 dani, qui (Dd) industriam aduertens non vulgarem, in
 Concursibus creditorum litis curam vt vocant, eidem ſepe
 demandabat, ſimul quo minus Novum publici Cæſarei (E)
 a Viro Magnifico Dn. **CHRISTIANO WEDLINGIO**,
 Consilario Saxo-Querfurtenſi ac Comite Palatino Cæſa-
 reo Anno M DCC XIX. collatum sustinuit, verum in-
 tentus in id, vt majores faceret progressus, ad finem pro-
 perante Anno M DCC XXI. Dresden ſe contulit suauis
 multorum, nec non ſuccesſu ſatis felici. Breui enim tem-
 poris ſpatio, quum non pauci ſua confilia operamque ef-
 flagitarent, hoc desiderio effecerunt vt penes Ordinem
 JCtorum (F) Vitebergensium examen Lege Saxonica
 Electorali imperatum præter intentionem Aduocati vices
 vltierius gerendi, Mens. Martii M DCC XXII. subiret,
 eorundemque testimonio omnino dignus conferetur, qui

ad orandas in foro causas admitteretur, quare *Potentissimus Poloniarum Rex ac Saxonia Princeps Elector*, quum deinde reliqua specimina ex Actis publicis elaborata haud minus placuissent eadem censemibus, praevio juramento solito d. 12. April. MDCC XXII. coram supremo Senatu Aulico Dresdensi praestito, in Matriculam Aduocatorum Ordinariorum (G & Gg) eum referre & per omnes ditiones Electorales eoque pertinentes, prouincias praxin permettere liberam, *clementissime decreuit* c. d. 13. April d. sed parum abest, quin negotiis forensibus interfuerit huc usque quasi inuitus, longa annorum serie. Præterea ab anno MDCC XXIII. (H) commendatus a Commissione Regia qua dirigebantur subdelegati ad cognoscendas subditorum de præstationibus, vti loquuntur, Suecicis querelas, vices Actuarii per aliquod tempus in istiusmodi Iudiciis Commissariis suscipiens, nec non alicubi judicis officio defungens, aliquando etiam lectionibus priuatissimis alios, & viros quidem maximam partem dignitate conspicuos, docens. Ulterius Anno MDCC XXVII. morbo coelitus immisso grauiter decumbens, Deo ita peculiarter dirigente, remedium cum vxore inuenit, quacum nunc vtitur matrimonio, quod imposterum quoque beat, suauissimo, filia Dni d. GEORGII ERNESTI MEVSELI, Medici in ciuitate Torgauensi ordinarii, viduaque beati d. JOBI CHRISIANI GEBHARDI, Erfurtensis, qui fuit olim Serenissimo Principi ac Domino, Domino FRIEDERICO, Duci Saxonie &c. DAMÆ a Consiliis ejusdemque Archiater. Posthæc moerore afficiebatur insigni, cum nunciaretur litteris matrem quoque charissimam d. 11. Martii MDCC XXVIII. vita defunctam esse, quam mox comitabatur d. 15. April. d. a. (quo sepultus quondam

dam fuit beatus parens) mōris avunculi quem antea laudauit, & patris loco habuerat. Luctu demum superato, hac transiens, noluit occasionem prætermittere consequendi penes, Facultatem Juridicam summos honores, quas JCTi in Electoratu Saxonico ante plures jam annos plus simplici vice sponte obtulerant. (I) Ad examen itaque Doctorandorum rigorosum admittiti decenter petiūt, transmisimus igitur, prout moris, ex vtroque jure ipsi textus explicando, præfigentes terminum ad examen, in quo eosdem solide & docte enucleauit, & acquisitam in jure scientiam ita comprobauit, & ad Quæstiones propositas adeo prompte docteque respondit, vt non tantum ad edenda vltiora specimina admisissus, sed etiam, vnanimi consensu, gradu Doctorali dignus judicatus sit. (K) Quare proxima die Lunæ, quæ erit III. Aprilis, lectionem cursoriam *ad d. L. 1. ff. de tign. junct.* eaque absoluta, Disputationem Inauguralem ID QVOD PRAE-CIPVE IVSTVM EST CIRCA SVPERAMENTA EX PRIMA MATERIAE ELABORATIONE FABRILLI, vulgo: den Waldpahn, SVMMATIM COMPLECTEN-TEM, horis consuetis, habebit. Ad quos Actus solenes Magnificus Dominus Rector, nec non Domini Proceres ac Ciues Academicci decenter & perhumaniter invitantur. Publ. sub Sigillo Facultatis Juridicæ 2. Aprilis MDCC XXX.

(L. S.)

Cum varia sit ac multiplex eorum natura, qui vel exquisitus literis student, vt cognitionem juris aliquando consecuturi, ex hac indole, quam suam cuique pulchram videri constat; nec quenquam sibi addendum diffidere de docilitate, memoria cæterisque virtutibus, quas uno ingenii nomine appellare solemus, hauriet facile alioquin panper-

rimus, qui heri aut nudius tertius natus fuerit, aliquid artis, tanta profectio, quanta opus est, ad vnam quæsiunculam & duas controversias intelligendas, nec dubito de tali, quin dignitas non raro venalis, quod illi satis esse quinerit sit reperturus; modo non, si quid in eo exiguum, naturalis vigoris delitescat, id aut extinguere vita agresti malit, aut incultu atque socordia torpescere sinat. Sed putandum non est, fieri posse, vt ex ligno quois, nedum indolato & cortice pleno, euadat Mercurius alterue Hercules, *κλέος Σερέπηνος ἐν Βροτοῖσιν ἔχων*. Itaque si primum ponere fas esset, illos omnes, qui apud Facultatem aliquam in petendis honoribus Academicis summa ambitione contendunt, se ipsos recte nosse eodemque tramite incedere, vt nollent, nisi multo sudore & longa laborum patientia sibi emtam spem lætioris fortunæ imposterum facienda; quid opus erat totam vitam ante actæ rationem multis verbis, sœpe quoque in personam primam, de qua agitur, conceptis ex more dudum recepto proponere? Non mirabuntur, & parum interessè sibi persuaderi patientur, qui sœpe vulgata, quam sint incredibilia accepta veris ante habent, nec timebunt evenire posse, vt veritas sive caret. Hinc Illustr. Dn. Nettelladis, vt est acutus, cum pleraque ejus scripta mihi visa tantum habeant argutiarum, quantum familiaritas et congressio urbanitatis, in Denen Nachrichten von seinen Leben und Schriften, sic præsatur: Lebensbeschreibungen können nicht wohl vollständig, brauchbar und ohne Fehler geliefert werden, wenn nicht diejenigen, deren Leben zubeschreiben ist, entweder dieselbe selbst aufsetzen, oder wenigstens dem, welcher solche absassen soll, die darzu nöthige Nachrichten mittheilen. Ob nun zwar in gewisser Maße, so wohl das erste als das zweyte Mittel, vollständige, richtige und brauchbare Lebensbeschreibungen zu erhalten, besondere Vorzüge haben; so halte ich doch dafür, daß der erste Weg der beste sei &c. In re tamen ambigua, de qua certare suo more philosophos & varias esse opiniones intelligo, licebit sane ostendere quoque qui sit meus sensus de hoc. Faciam id certe puro & candido dicendi genere, vt neque mea quasi inoperta opinio ea in causa lateat, neque sine causa mihi vifum fuerit, nunc altera via potius vti; eoque magis, quum peropportune accidat mihi, vt citare possum Marcum Tullium, cui,

qui, quum is arderet cupiditate incredibili, neque se arbitro reprehendenda, vt nomen suum scriptis alterius, L. Lucejii videlicet, illustraretur, ejus monumentis vellet maxime commendari res suas, consultius esse existimarit, id ipsum abs eo petitoria sua epistola, (quæ est 12. Lib. V. ad famil.) impetrare; ubi in rem præsentem sic eloquitur: *Placet enim Hector ille mihi Nenianus, qui non tantum laudari se letatur, sed addit etiam A LAUDATO VIRO.* *Quod si a te non impetro, hoc est, si qua te res impedierit — cogar fortasse facere, quod nonnulli sepe reprehendunt; scribam ipse de me: multorum tamen exemplo & clarorum virorum.* Sed quod te non fugit, hec sunt in hoc genere vitia. Et ut verecundius ipsi de se scribant, necesse est, si quia est laudandum; & pretereant, si quid forte reprehendendum est. Accedit etiam, ut minor sit fides, minor auctoritas. Multi denique reprehendant, & dicant verecundiores esse praecones ludorum gymnicorum, qui cum ceteris coronas impostrerunt victoribus, corumque nomina magna voce pronunciauerunt; cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium praecomenem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse predicent. Hac nos vitare cupimus. & si recipis causam nostram, vitabimus: idque ut facias rogamus. Mibi vero contigisse recordor, quod haud scio an nemini, ut plurimo rerum vni assenseret & nimis raro locutus haberetur, quam considerat, quamque sollicito vatum Græcanicorum, vetustissimus dixit Lib. 1. qui inscribitur ἐγενέντος καὶ οὐκέπεισθαι.

πίστες δὲ ἀραιός ήταν αποτίστης ὠλεσσαν καρδεάς.

Quod ipsum me mouit, vt curarem in margine Programmati, quod modo dedi mei causa scripti, literas A. B. C. etc. apponi, quarum indicio narrata pleraque certis & indubitatibus testimonis subfruenterunt. Fingat itaque, cui sic lubeat, in tali biographia occurrere posse, quæ omnem fidem superent, imo quæ inuicem pugnare credat quisquam: non tamen erunt, quæ justam dubitandi rationem præbeant, sed moneant tantum; quem fata aduersa ad suscipiendos labores Herculeos a prima aetate sic traxerint, vt in perferendis iisdem se fortem præstiterit, & virum publice privatimque utilem, multamque sepe apud probos, vt cinque paucos, gratiam ea propter inierit, hume singulariter oportere diligi, velut segregem a coetu istorum, qui se sibi I tan-

tantum natos putent, nihil autem in se agnoscant, quod non ipsimet fecerint, ideoque male consili parum tribuant prouidentia atque tute-
læ Altissimi, quæ vitam det, quæ spiritum largiatur, eundemque custodiatur, ne exclusione temeraria corrumpatur. Sic facillimum erit
huc applicare, quæ tradidit B. THOMASIVS in diII. de fide iuridi-
ca c. I. §. 22, innuens historiam scriptam, qualisunque denum
sit, tunc præ aliis videri sibi vero similem, si in plenisque proxime acco-
dat ad veritatem certam, & paucimis contradictionibus inuoluitur,
atque aliis a vero dissimilibus: contra ea autem, illam parum vero similem,
qua certas veritates obviis jactet, & loco carunt contradictiones
meras aut somnia fictionesque cerebrinas proponat, vel facta narrat,
qua cum natura humana vix conueniant etc.

(A)

Lecturis cum debita honoris præfatione Salutem! Vir omnino
præclarus, et decus seculi sui extitit Reinerus Reineccius, qui tot ege-
giis monumentis antiquam illustravit historiam, vt etiamnum memo-
ria ejus posteritati sit commendatissima. Ut nihil gratia, vel
auribus dedisse videatur, qui lapidem sepulchralem senis meritissi-
mi hoc signauit carmine:

Quicquid Graja docet, quicquid Romana vetustas,

Qui jacet hic, animo clauerat ille suo.

Nulla parem, nedum majorem secula norunt;

Ingenio tantus judicioque fuit.

Dum suus historia splendor constabit et arti,

Huic sacer æterna laude manebit honor.

Non possumus definire, an vt nomine, sic et sanguine attingat
hunc Reinerum, cuius in gratiam hæc scribimus, adolescentis,
JOACHIMVS JACOBVS REINECCIVS, Anhaltinus patria, per-
que annos quatuor et menses quinque Portæ Saxonicae alumnus.
Recte tamen, ne dicamus rectissime faciet, si tanti viri legat ve-
stigia, et ingenium, quo non destituitur, multa sedulitate porro
excolat. Nam haec tenus quidem illud omnino non neglexit, sed
eam sibi eruditonem litterarum comparauit, vt dignus judicetur,
qui

qui in academicis sedeat subselliis. Ad vitam quod attinet, accedit ipsi, quod ætati huic plerumque accidere videmus, quæ admonitionibus et disciplina, non aliter, quam virtis pedamento et ridicula fulcienda est. Sed quæ secunda sit virtus moneri posse et vele, Reineccius quidem nos tanquam bona mentis aducatos facile admisit, quasi ex tripode dictum putans illud Senecæ: admoneri bonus gaudet: pessimus quisque monitorem asperime patitur. Atque hujus ipsum obsequii non poenitebit unquam: præcipue quum parentibus sit orbus, et bonorum opus habeat fauore et benevolentia. Hanc itaque ut præstare velint Nostro, eamque re ipsa declarare omnes, quorum ille foræ pulsabit, est, quod etiam atque etiam rogamus, Deo hujus adolescentis studia piis commendantes precibus. Perscriptum et signatum Portæ ad Salam sigillo publico. VII. Idus Aprilis, MDCCXVI. M. Io. Gottlob Hartmannus, Rect. Christoph Conrad Besser, Past. & Insp. M. Christianus Heider, ConRect. M. Sigismundus Schrammius, Coll. III. Johann Christian May, Coll. & Cant. M. Jo. Christianus Weidnerus, Diac. & Coll.

Sr. Königl. Majestät in Pohlen und Churfürstl. Durchl.
zu Sachsen bestallter Schul-Verwalter dafelbst.

Johann Gottfried Otto.

(B) (L. S.)

Q. D. B. V.

Almae Universitatis Lipsiensis Rector, Jo. Georgio Abichtio,
S. Th. D. & S. L. Prof. Publ. Ordin. Sacris Academicis initiari
cupiens, studiis bonarum artium atque literarum nomen dedit, &
Albo Philureæ nostræ infertus, inque numerum discentium relatus est
JOACHIMVS JACOBVS REINECCIVS Malingens. Saxo. in eu-
jus rei fidem testimonium hoc publicum, consueto Rectoratus Aca-
demici Signeto communatum, ipsi dedimus Die 4. Mensis Jan. Anno
Salutis per Christum reparatae MDCCXII.

(Bb)

Vniuersitatis Lipsiensis Rector, Johanne Burchardo Mencke-
nico J. U. D. Consil. Reg. & Hist. P. P. promissione supra scripta
I 2 Aca-

Academia dicta se obstrinxit, numeroque ciuium Academicorum
adscriptus est JOACHIMVS JACOBVS REINECCIVS, Muhlin-
gensis Anhalt. Sax. Anno MDCCXV. d. 15. Menis Octobr.

(C)

Quod Nobilissimus Dn. JOACHIMVS JACOBVS REINECCIVS,
Anhaltinus, præclaris nec vulgaris ingenii Iunenis, non in-
terrupto industria ordine meis ad Jus Vniuersum Prælectionibus,
tam Publicis, quam Privatis, haftenus interfuerit, et adhuc interfit,
atque egregio omnino protectus jam in utroque lute fecerit, eoque
longe dignissimum sit, cui Stipendiis aliquis subisdidis studiorum suc-
curratur, bona fide testor, eundemque omnibus lectruris maximopere
commendo. Wittebergæ d. XXII. Dec. MDCCXVII. Io. Bal-
thasar Wernher. D. Consil. Reg. et Cod. P. P.

(D)

E. E. Rath's Protocoll. de Anno 1718. fol. 39. f. a. sq.
At. d. 29. Aug. Acto erschien Dr. Amtm. und Hoff. Aduoc.
Aug. Th. Haacks, ingl. Hr. Joachim Jacobus Reineccius, und gab
Hr. Amtmann Haacks Hrn. Reineccio in allen Angelegenheiten,
die Er hier selbst, oder als Mandatarius vor E. E. Rath habe,
vor sich, seine Erben- und Erbnehmen auch resp. Kraft haben-
der Gewalt zu substituiren, volle Macht und Gewalt, vor E. E.
Rath in allen solchen Angelegenheiten zuerscheinen und alle und
jede Actus, wie Er selbst thun und verrichten könne zu thun und
zuverrichten Gestalt Er alle seine Facta vor genehm zu halten ver-
sprochen haben wolte. Worgegen Hr. Reineccius ebenfalls dieses
Mandatum generale übernommen, auch zugleich stipularet, bey al-
len Angelegenheiten behörigen Fleiß anzuwenden, welches alles
zur Nachricht protocolliret worden. Actum vt supra.

(Dd)

Wir Bürger Meister und Rath Manne der Stadt Zerbst
uhrkunden hiermit und bekennen, welcher gestalt Hr. Aduocat Jo-
achim Jacob Reineccius, Uns um Ertheilung eines beglaubiten
At-

Attestati, wie Er, Zeit währender seinen Hierseyngs, sich in seiner zu Rathhouse gehabten Praxi Aduocatoria, verhalten und aufgeführt, gejehmend ersuchtet. Wann wir dann sohanen seinen Suchen zu deseriren kein Bedenken haben; Angesehen derselbs bey den Gerichtlichen Audientzen sich wohl und legal aufgeführt, auch in sohaner seiner Praxi sich dergestalt fleißig bewiesen, daß Wir daher auch bewogen worden, Ihme bey ein und andern in Curia schwebenden Concurs Proceszen die Contradicturen aufzutragen.

Als haben Wir solches zu Steuer der Wahrheit hiermit attestiren, und gegenwärtiges Attestat dem Hrn. Inpetranten sub Sigillo Publico ertheilen wollen. So geschehen Zerbst den 29sten Octbr. 1720.

Bürger Meister und Rath Manne daselbst.
(L. S.)

(E)

In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis! CHRISTIANVS WEIDLINGIVS, Weisenfelsensis Minicis, Phil. et J. V. Doctor, Sacri Lateranensis palati aulaeque Majestatis ac Imperialis Consistorii comes, Consiliarius Saxonicus, vniuersitatis et singulis præsentes has litteras inspecturis pariter et audituris, prout cujusque dignitas et conditio id exigit, ut in eam non obsonantiam omnem defert. Quum inuidissimus, potentissimus & serenissimus, glorioissimæ memoriae princeps ac Dominus, Dn. LEOPOLDVS, Dei Gratia Electus Romanorum Imperator semper Augustus &c. Me clementissime donauit, ac iam Mihi contemplatione supra dicta Nobilissimus Dominus JOACHIMVS JACOBVS REINECCIVS, Anhaltinus se exhibuerit, & humiliter supplicarit, vt ipsum amplissima illa, qua fungor Cæfarea ac Imperiali Autoritate & Potestate in Notarium Publicum, Tabellionem & Judicem Ordinarium creare & ordinare, & vna cum titulo Notarius, Tabellonus & Jurisdictionis Ordinariæ munus atque Officium benevolè concedere dignarer: Ego autem de prædicti Dn. REINECCI Legitimis Natalibus, Libertate, Vita anteafta, Fama, Ingenio, Probitate, Fide & Eruditione ex diligent inquisitione, plenissime informatus, honestissimæ & æquissimæ ejus petitioni favorabiliter annuere voluerim. ter

ter Ego Comes Palatinus supra nominatum Dn. REINECCIVM prævio Examine præstitoque erga Sacratissimam Cæsaream Majestatem & S. Rom. Imperium perpetuae fidelitatis ac de Notariatus, Tabellionario, ac Judicatus Ordinarii Officiis siacere exerceendis, tum aliis peragendis, confueto corporali Juramento, ex potestate & Autoritate Imperatoria Mihi clementissime concessa, ex certa Mea scientia animoque bene deliberato in Publicum & Authenticum Notarium, Tabellionem atq; Judicem Ordinarium creau, feci & ordinaui, & tenore presentium in optima & constantissima forma creo, facio & ordino, ipsique iujusmodi Notariatus, Tabellionario & Judicatus Ordinarii Officia exercenda cum omnibus & singulis Privilegiis, Honoribus, Commoditatibus, Excellentiis, immunitatibus & Libertatibus Imperiali Autoritate & potestate duxi committenda & concedenda, commisi & concessi, prout per præsentes committo & concedo, ipsumque de memorato Officio solenniter inuestio, dans & concedens Nomine & Autoritate prædicta Eidem Dn. JOACHIM JACOB REINECCIO, Anhaltino plenam Autoritatem, Potestatem & Licentiam per Vniuersum Imperium Romanum, per Omnes Urbes, Ciuitates, Communitates, Vniuersitates, Villas, Cafra & Vbiliter terrarum faciendi, conscribendi, publicandi Contractus, Instrumenta, Judiciorum Acta, Testamenta, Codicilos, aliasq; ultimas voluntates, Decreta insuper & Autoritates in quibusque Contractibus ista requirentibus interponendi; omnia denique, ac singula palam & publice faciendi, agendi & exerceendi, qua ad officium Publici Notarii, Tabellionis & Judicis Ordinarii quoquo modo spectare & pertinere dignoscuntur. Et vt ille Dn. REINECCIVS nunc & deinceps in omne posterum tempus pro legitimo & Publico Notario, Tabellione ac judice Ordinario ab omnibus habeatur, ad eundemque tanquam Personam Publicam & Authenticam in omnibus & singulis officiis ejus concernentibus, quando, vbi & quoties opus fuerit, publice recurratur & recurri possit, omnibusque scripturis & instrumentis publicis per eum consciendis & confessis sctetur firmiter, & plena fides adhibeat. Signum quoque Notariatus, quod in hoc instrumento depictum appetat, expresse confirmandum duxi, & confirmo per præsentes, ita vt Eo in quibuslibet Instrumentis & Actibus libere

vti possit, absque ullius omnino hominum ejusdemque Præminentia,
dignitatis, status, Conditionis, Gradus & Ordinis extiterint, im-
pedimento & contradictione, sub grauissima S. Cæſ Maj & S. R. Im-
perii indignatione & poena quinquaginta Marcarum Auri puri Fisco
& Mihi Comiti Palatino ex æquo iremissibiliter toties, quoties con-
traventum fuerit, soluenda. In quorum omnium & singulorum fi-
dem & testimoniorum præsentes literas sive Publicum Instrumentum hu-
jusque Creationem in se continens fieri et manu mea subscriptum
Meique Comitatus, quo fungor, sigilli appensione jussi, et feci com-
muniri, Dat. Lipsie d. XX. Julii, Ann. Nat. Dom. MDCCXVIII.
Præsentibus Testibus Viris, Nobilissimis Dn. a Warnsdorff, Equ. Misn.
Dn. Keslero, Anh. ad hunc Actum solenniter initatis ac requisitus.
D. Christianus Weidlingius Comes Palatinus Cæsareus & Consiliaris
Saxon. Weissenfensis.

(L. S.)

(F)

Decanus, Ordinarius, et reliqui Ordinantis Juridici in Acad-
emia Vitembergensi Doctores et Affectores, Lectori Sal. Pl. Dic.
Prosternemur his tabulis, JOACHIMVM JACOBVM REINECCIVM,
Seruesta Anhaltum, examen lege Saxonica Electorali imperatum
subiisse, in eoque sic statuta. utrum omnino iugando judicemus, qui
ad orandas in foro caufas admittatur; in cuius rei majorem fidem sigil-
lum Ordinis nostri apponendum curauimus, Dab. Vitemb. Saxo-
num Die XXI. Mart. MDCCXXII. Jo. Balthasar Wernher, D.
Ordin. et p. t. Decan. Polycarpus Cranach, p. t. A.

(L. S.)

(G)

Dennach dem vormalhs publicirten Churfürstl. Sächsl.
general-Mandat zu gehorsamster Folge Joachim Jacob Reineccius,
vermittelst abgelegten Cörperlichen Eydes und sonstigen sich zur Pra-
xi gebührend habilitiret. Als ist ihm solche in diesen Churfür-
stenthum und incorporirten Landen zu exerciren und fortzustellen.
nummehr verstaert, auch darüber gegenwärtiger Schein unter
dem Churfürstl. Canzley Secret ertheilet worden. Signatum Dres-
den, am 13ten Aprilis Anno 1722. Churfürstl. Sächsische Canz-
ley H. von Bünau. Gottfried Adolpho Feral. (Gg)

(Gg)

Der Herr Joachim Jacob Reineccius, Advocatus Immatriculatus hieselbst wird Herrn Stadt-Richter Rittern bey aller vorfallenden Gelegenheit de meliori recommendirt, Ihm in Praxi und andern Umständen bevräthig zu seyn, damit Er in Sustentatione seines Lebens gefordert, und auch in Exercitio Jurispr. practicæ inde erhalten werden. Und gleichwie in Ansehung dieser Vorschrift ich nicht zweifele Er Hr. Stadtrichter werde Sie besagten Reineccio geniesen lassen, von dessen Geschicklichkeit ich Ihme attestire; Also erwidere bey Vorfallenheiten digl. Dresd. am 15 Junij 1722.
Graf v. Zinzenzendorff.

(H)

Demnach der Wohlgedle, Großachtbare und Rechtswohlgelehrte Herr Joachim Jacob Reineccius, Iuris Candidatus und Practicus allhier, nicht allein durch hohe Recommendation bey der zu Untersuchung derer über die Schwedischen Præstationes geführten Rechnungen hochverortneten Hochobl. Direction - Commission bekandt gemacht worden, sondern auch dies wegen des an Ihm gerühmten Fleisches und Dexterität, hierauf die gute Hoffnung geschöpffer, daß er bey denen zu gedachten Untersuchungen hier und dar im Lande Subdelegirten Herren Commissarii nützliche Dienste als Actuaris leisten können werde, und dahero ihr Absehen dahn gerichtet, bey vorfallenden Vacanzien Ihme darzu förderlich zu seyn;

Als hat hochgedachte Direction - Commission so gleich bey der ersten vorgekommenen Gelegenheit einen Anfang daran genahet, und denen zur Untersuchung bey der Stadt Zschopau subdelegirten Herren Commissarii, dem Wohlgeborenen Herrn, u. Hrn. Caspar Siegmund von Verbisdorff auf Rückerswalde und Kiehnheide, Kbnigl. Pohl. und Churfürstl. Sächsl. Appellations-Rath, und Herrn Adam Gottlieb Schmieden, auch Kdnigl. Pohl. und Churfürstl. Sächsl. Accis-Inspectori, Ihn, Herrn Reineccium, vorgeschlagen und bester Massen recommendiert, die Herren Commissarii subdelegati auch kein Bedenken ge-

sun-

funden, Ihn zu ihrer Expedition zu ziehen und anzunehmen, zu dem Ende auch am 31sten Martii dieses Jahrs vermittelst des darzu requirirten Notarii Publ. Cæs. Herrn Johann Leonhardt Hanschilda, wie aus dessen in dem bey diefer Zschoyausischen Untersuchung gehaltenen Volumine VIIimo Actorum fol. 303. 304. und 305. in forma probante befindlichen Registratur von ermeldeten dato, mit mehreren zu ersehen, verpflichten lassen, Er, Herr Reineccius, auch folgendes die Expedition angetreten, und bisher abzuwarten nicht ermangelt. Welches auf dessen beschegnes Ansuchen, der wahren Bewandniß nach, mit Beydrückung seines gewöhnlichen Petschafts, eigenhändig attestiret, Dresden den 17. Junii. 1723. Johann Friedrich Nicolai, bey der Hochlöbl. Direction - Commission Actuarius juratus etc.

(I)

Anno 1730. d. 27. Martii in Album Civium Acad. relatus
est Dn. JOACHIMVS JACOBVS REINECCIVS, Mulinga An-
halt, Sax. J. V. Candidatus. Id quod testor
Placidus Abbas S. Petri, Rector.

(II)

Quod felix Faustumque sit! Quod in sempiternam sacro-Sanctæ ac indiuiduæ Trinitatis Gloriam, per antiquæ hujus Electoralis Academiæ splendorem atque emolumentum, Facultatis Juridicæ Ornamentum, feliciter cedat! Augustissimis sacræ Cæsareæ Majestatis auspiciis, et authoritate Principali Eminentissimi ac Serenissimi Principis ac Domini, Domini FRANCISCI LVDOVICI, S. Sedis Moguntinæ Archi-Episcopi, Sac. Romani Imperii per Germaniam Archicancellarii et Principis Elektoris, supremi Magisterii Ord. Teut. in Borussia Administratoris, ejusdemque ordinis magni in Germania et Italia Magistri, Episcopi Wormatiensis et Vratislauiensis, Praepositi et Domini in Elwangen, Comitis Palatini ad Rhenum, Ducis Bauariae, Juliaci, Cliviæ et Montium, Principis Moersensis, Comitis Veldensis, Sponhemii, Marchiæ et Rauensbergæ, Domini in Rauenstein,

K

Freu-

Freudental et Eulerberg, Vniuersitatis hujatis Cancellarii perpetui, Domini nostri clementissimi; Pro-Cancellario, Reuerendissimo et Per-Illustri Domino, Domino CHRISTOPHORO IGNATIO de GUDENVS, Episcopo Anemoriensi, Eminentissimi ac Serenissimi Archi-Episcopi, Principis Electoris Moguntini, in pontificalibus Vicario generali, Consiliar. ecclesiastico, Suffraganeo et Sigillifero Erfordiensi, J. V. D. insignis Ecclesiae Collegiatu ad Sanct. Seuer. Canon. Capit. et Scholaſt. licentiam promouendi conferente, Magnifico Vniverſitatis Restore, reuerendissimo et amplissimo Domino, Dn. PLACIDO, regalis Monasterii SS. Apostolorum Petri et Pauli. Ord. S. Benedicti intra Erfordiam Abate, Preposituræ Zellensis et in Franekeroda ad Werrham Domino, et reliq. vigore Decreti Inclytæ Facultatis Juridicæ promotor legitime designatus, JOHANNES PHILIPPVS Streit, Ictus, Eminentissimi ac Serenissimi Principis Electoris Moguntini Confiliarius Regiminis, Facultatis Juridicæ Senior et P. T. Decanus, Viro nobili atque clarissimo Dn. JOACHIMO JACOBO REINECCIO, Anhaltino-Saxon. Aduoc. in Sax. Elect. immatr. ob præclaras virtutes, strenue in Jurisprudentia narratam operam, atque eximiam in consuetis et rigorosis examinibus, nec non Publicis specimenibus, Facultati probatam scientiam, summum in vtroque Jure Gradum Doctoralem, cum Priviliegis atque immunitatibus huic dignitati competentibus, Die VIII. Aprillis An. MDCCXXX. feciliter Deo anuente, ritè atque condigne contulit, Hasquè testimoniales consueto Facultatis Juridicæ Sigillo communivit.

J. P. Streit mpr.

(L. S.)



POST.

POSTFATIO.

CVm præsentem Dissertationem inauguralem, ante annos XXXVII. publici juris factam, ob exemplariuin dum distractorum penuriam recudendam exhiberem, rotatu quorundam, præter obseruationes et annotationes ad vsum siue forensem siue domesticum dirigendas, aliquid adjiciendum fuit ex iis artibus, quae repertæ fuisse putantur, vt mentes juuenium magis ad humanitatem et elegantiam fingerentur. Quare facile fuit tanquam ei, qui §. 10. aqmodum parce et pauculis tantum verbis earrundem nexum & coordinationem attigisset, præuidere fore, cur id argumentum a me luculentius, et pluribus explicari oporteat. Demirabar quippe tot institutionum atque præceptorum in artibus diuisiones, quibus nil nisi discordiam dissensionemque excitant, hinc creatam, quod parum hoc sit, quod in natura rerum omnium se vniuersum profundat. *et quod totum sapientia ouolet.* Sunt tamen vtique, mea sententia, quicquid alii vsum fuerit, quae rerum vniuersitatem sic intexere consueuerint, vt hoc intextu singula concrescant, et societatem causarum palam faciant, quam primum ad caput et fontes venias cuiusuis diuersi generis. Istam rem, quam explicatu difficilem esse fateor, mirabiles utilitates, vt alias, ita quoque in ipsa juris arte tradenda præbere contendeo. Nemo fortassis adhuc dubitauit de iis, quæ ad humanitatem pertinent, quod habeant quoddam commune vinculum, vt quasi cognitione aliqua inter se contineantur. Nolim autem vnum atque idem sentientibus in mentem venire, vt cæteras putent de numero excerptendas, modo cogi-

K 2

tent

tent, summam istam conjunctionem magis ab ipsa natura esse, quam hominum placito aut communi eorundem consensu. Artem enim, qualiscunque sit a natura profectam esse, tam certum habeo, vt nisi natura moueat ac delectet, nihil sane ista egisse videatur. Sunt autem aliqui, vt fuerant alii ante, atque alii olim non defuturi, quos ipsa superstitionis fuga superstitosos facit tamque credulos, ne dubitent, se tanto saniorem & puriorem viam ad veritatem inire, quanto longius a prius receperitis opinionibus, iisdemque anilibus fabulis scatentibus deflexerint, attamen aliis modis inuentis rursus ad superstitionem, humanarum mentium ludibrio reuoluantur. Trahant igitur hi, si volent, in prodigium & mirabundi requirant, quantum intersit in faciendo inter doctum et rudem; animaduertent tamen non multo differre eosdem in judicando. Omnis autem solertia in eo tantum versabitur, vt ars imitetur naturam, & quod ea desiderat, inueniat, quod ostendat, sequatur. Qui oculos aperuerint, aures erexerint, animumque attendere didicerint, hos docebit longa vita & ipsa rerum experientia, alia in tractandis artibus via ire, quibus animus est, vt eas ad vsum transferant, nec posse illos unquam facere cum his, qui tota vita nihil velint aliud agere. Ipsa nimirum tractatio, qua potissimum delectantur, et toties recurrens quæstio quotidie ex se gignit, quod cum desidiosa delectatione vestigent: ita fit, vt agitatione rerum sit infinita cognitio, at maximam partem inutilis, donec singulari aliqua specie substruatur. Cumque videant ipsi, quosdam ingenii magnis præditos tantundem facultatis consequi, artem tamen inquiunt esse ducem certiorem, quam naturam. Quam obrem tædet ipsos, vt exemplo vtar, verba poëtarum

mo-

more fundere, quia malint ea quæ dicant ratione et arte distinguere. Qui vero regerant & arbitrentur, cum ad naturam eximiam atque illustrem acceſſerit ratio quædam confirmatioque doctrinæ, tum illud quod nesciant quale sit, præclarum tamen ac singulare solere existere: iidem non modo negare vix poterunt, multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, & sine doctrina naturæ ipsius habitu prope diuino, per se ipſos et moderatos et graues extitisse, sed libenter illud adjungent, ſæpius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. Quomodo cunque res ſe habeat, indignum neque ferendum existimauit, quoties subole re contigit, quod juuenes facerent eruditri imitatione horum, qui rebus relictis, nuda vocabula ſeſtantur, non ex natura, ſed ad opiniones torquentes et fleſtentis animos. Quid? ſi exemplum petam ab iſtis partitionibus, quas *διχοτομίας* vocant, in quibus tandem, quid eſt negotiū, vt omnes raptim detrudas in aduersum, ſi viam oſtentas, non qua cundum, ſed qua i.e. coniunctum ſit, donec obſeptum ſentias. At meminiffe debebant, quod diſparata, aut quicquid ab aliqua re per oppositionem negationis ſeparare iſtituas, ad docendum ſi non inidonea, mihi tamen apta ſint.

Qua in re fere nunquam non peccant, qui in tradendis disciplinis iisdem vtantur, eaque arte ſibi egregie placent; quoniam hoc ſtudium diuisionis æqualis nihil omnino prodeſt, ſed faciliter ſolum inanem verborum ſtrepitum. Neque tamen committendum eſte reor, quod Ictis quibusdam viſu venit, vt in diuidendis rebus genus, quod habent proximum, diſimulatione ejusdem prætermittant, quod certe ad naturam singularem ſpectare crediderim.

Vetustiores etiam aliquid tribuere institutioni, plus tamen naturae consueuisse compertum habeo, quod facile est ad colligendum ex loco elegantissimo apud *Pindarum in Nemeis hymn. 3.* qui hominem obscurum ait esse eum, qui teneat illa verbotenus, quae didicit, aliter alias atque aliter affectus, ut nunquam certo ingressus fuerit pede, tanquam aliud stans, aliud sedens aeturus, in utrumque pedem claudus vacillans, tametsi mille virtutum, imo plurium nullum imperfecto intellectu gustum capiat. Istud carmen mirabili verborum complexione conceptum ipsum recitare juuabit: ὁ δὲ διδάκτων ἔχει ἐφύος ἀντίρη, αἱλλοι' ἄλλα πνέων, ἐποτ' ἀδρεπεῖ, καθέβεια ποδὶ, μυριανὸν δὲ φεταῖν αἰτελεῖ τόσῳ γένεθεν.

Rectene & commode, an contra interpretatus fuerim, constabit ex eo, si vrgeas, hunc qui eruditione nitatur & opinionibus, vt quam multa teneat, idem tibi monstruet, se villa in re & firmum & absolutum praestitisse. Laudem habet perspicax Herm. Vulteji ingenium, & in jure Rom. prudentia, quam ipsem et agnosco non inuitus. Is autem in Prolegom. horum librorum, quos scripsit de Jurispr. Rom. non pauca in iis desiderat a se tam perspicue, quam vellet, non dicta, vt magis eos accutioire diligentia opus habere censeat.

De aequitate imprimis, (quae in jure honorario maxime conspicua esse dicitur, nisi quod alii id ipsum infinitentur) monet, modo ea jus summum non patiatur fieri injustitiam, eam totam ex natura esse petendam, siquidem quoties scribitur, vt cunque habeat singulare quidquam, hoc ipsum tale esse definit toties, dum ad factum incidens accommodari aptum sit. Omnia enim ut jure definitantur, ceu infinita, effici nunquam posse. In his

his quoque, quæ ad cognitionem juris pertinere arbitrat-
tur, vt priuato pleraque studio addiscantur suadentibus
accedit. Pluribus item adminiculis instructi vt veniant
necessæ esse, qui jus discere cupiant, oleum alias & ope-
ram perdituri. Ad voluntatem loquitur idem ceu oc-
cultaturus sententiam eorum, qui opinentur, haud asse-
culturum jurisprudentiæ necessariam cognitionem, nisi
satis paratum h. e. omnium artium, singularumque phi-
losophiæ partium notitia perfectiore probe imbutum. Ni-
hil vero opponit iis aliud, præter id quod Icti perfecti
simulachrum ante oculos ponant, cuius imaginem faci-
lius quis descriperit, quam ipsum fecerit. Quia tamen
instituendum retur non illum, qui singatur, sed vere eti-
am fieri possit, diuersum ab illis sentire præ se fert: non,
quod diffiteatur, si quem deſtituat naturalis quædam ad
jura discenda inclinatio atque propensio, de eo speran-
dum aut expectandum vix esse, vt quidquam invita dic-
at faciat Mineruā, imo optata eo dirigat, illam æta-
tem esse omnium, & ea magiorum ingenia, quin & res
eorundem atque commoda ita ferre, vt exactiorem to-
tius philosophiæ ejusue partium doctrinam ad jurispruden-
tiæ discendam afferant. Attamen, quantulum spon-
det? parco scilicet contentus, quod faciat potissimum
ad rationalia & moralia, quæ dicuntur, præcepta, qui-
bus oneretur aliquis simius, quid agat; quem pari ratio-
ne rei tantum Rom. ~~adversariay~~ vt turpem cauere jubet.
Imo caueant, qui juuentutem erudire velint, ne neglecto
fundo & relicti fontibus extra oleas vagentur, sed ab
inutilibus hoc separant, quod frugem polliceatur. Ec-
quid vero pretii? an nullum constituit philosophiæ na-

tura

turali, aut studio mensuræ et quantitatum, quibus res, a rebus discernere æquum est? ne plurimarum rerum ignorantie contingat, vt harum vicissitudines ad vocabula deflectantur, qualem verborum inanem volubilitatem quisque ex merito irridet. Dabo autem, vt aliquis esse videatur, qui jus nudum sine veste perspectum sic habeat; quas tandem citra usum is præberet aut publice aut priuatim utilitates? Num quis ferat hic, quod spectacricem et dijudicaticem omnium rerum prudentiam atque sapientiam nostro æquo plerique diuiduam faciant, vt nunc ingenio opus, nunc arbitrium recipere jus sit? Reliquum est, vt videamus, qualis iste sit usus? Certe non is, qui temporibus Justiniani Imp. fuerat, et nunc erit, si vera prædicat. His enim moris fuisse negat, vt sepe vterentur scriptis legibus, vt magis custodirent, quod consuetudine introductum, et si qua in re hoc deficeret, tunc hoc quod proximum et consequens ei erat, et si ne id quidem appareret, tunc vrbs Romana quibus vteretur legibus, easdem acciperent. Enim vero, si modo aliquem usum juris esse in docendo contingat, in dubitatione est, an eum verum et germanum dicere debeat. Proprium potissimum consistere perhibet in faciendo, h. e. judicando et aduocando, quae duo si vel maxime a se inuicem distinguas, ita tamen esse affecta, vt qui norit unum, norit etiam alterum. Vtrumque autem illud absolui experientia, partim ex cognitione juris historica accipienda, partim quotidianis actionibus comparanda. Quod profecto hominis cuiusdam magni et persapientis videtur, qui minime stulte cogitat, si alta quadam mente praeditus, hac veritatis tam non

non profundam, quam certam inquisitionem, plenam
 nec periculosam consiliorum maturitatem, æquitatis
 perfectam absolutamque rationem, denique ceu vir
 optimus bonæ fidei integritatem non fucatam compre-
 hendat. Ea singula igitur, tametsi inepta aut odiosa
 haberi non debeant, neque moleste et putide dicta; non
 inficias iuerim, ea diuersos inter se aditus habere, qui-
 bus ea persequi necesse sit; At enim quasi nodum vin-
 culumque desiderant, vt rite copulentur, alioquin pa-
 rum profutura existimem. Quamobrem nolo etiam,
 temporis angustia nunc impeditus importunius insistere,
 sed abrumpo filum, quod dudum cognouerim, quid
 valeat vspiam ambitiosa quaedam inuidentia aduersum
 hos, qui bonis literis succurrere occooperint, vt iis
 quasi dedita opera insidentur gregarii homines, ipsimet
 ouo depili nudiores. Exorare autem licebit L. B. atque
 juuenes imprimis, qui juri dant operam, diligenter mo-
 nere, vt in præsentia hoc contonti Catone meo exem-
 plo se componant ad agendum, memores, rem jam
 non ultra recipere cunctationem, donec senescant cum
 iis, qui animi aegritudine lenienda, imò exuenda,
 multa dicunt & non faciunt; vt facile sit ad intelligen-
 dum, illos, quod multo opere imponunt aliis, ipsos
 met non credere. Caeterum opto, quemque curare
 sedulo, vt ab ineunte ætate ipsi sit mens sana in cor-
 pore sano: quo bene valeat totus, et in totum ju-
 cunde viuat, ea spe fretus, fore imposterum quoque,
 qui current, vt bonum virum ament, eique ausculta-
 turi veniant ante, quam ex animo admonitiones
 accuratissimæ effluant. Dab. e Museo.

Halæ Saxon. d. 25. April. a. 1767.

L

Ap-

APPENDICVLA

PROBLEMATIS GRAMMATICI, STVDIOSÆ JVVENTVTI AD-
POLITIOREM LITTERATVRAM REVOCANDÆ.

Cæterarum artium homines cum animaduertam spe-
ctatos atque probatos, cur non liceat etiam Gramma-
ticis procedere aliquantum ad virtutis aditum? Si co-
gitent vix fore, vt ille sit Logicus, qui nec Gram-
maticam calleat: tametti nolim in rebus, que fortassis
parum vtilitatis habituræ sint, tantas intercedere con-
trouersias, quibus componendis præuideamus facile,
quam simus impares. In eo quidem genere esse non
credam qui disputent, v. c. Num proprie sit casus,
quem Nominatiuum sive rectum vocant? quia a nullo ca-
dit. Nam cadit vtique ex sua terminatione in aliam.
Itaque dubitationem nullam habet, Gerundia actiue vel
neutraliter significare; de passiu autem significatione,
num aliquando ei locus sit, quæfstio est. *Laurentium*
igitur *Vallam*, quem virum de lingua latina non mi-
nus prope meritum putant, quam olim de imperio
Rom. Camillum, patiamur de manibus nobis excuti?
Is vero, cum Gerundia a Participis in eo differre fa-
ternerur, quod ista faciant ad significandam rei admini-
strationem sine tempore, Participia vero tempus con-
notent, sine rei administratione; ex pugna tamen cum
Th. Linacro de Participio præsenti passiuo discedere incertior visus fuit, annon inter participia numerari pos-
sint, meritoque participialia recte dicantur, que no-
stra ætate Philologorum quispiam, ob manifestum si-
gnificatum actiuum, ait esse Participia-Gerundiua, si
non, quod fieri debere negauerat Linacer, & pluribus

ra-

rationibus euicerat, præsens suum Participium cum Gerundio vterque confundit. Cunctanter sic idem Valla cedit Grammaticis, qui nolint Gerundium habere rectum casum, sed quatuor tantum obliquos, affuerantius autem tenet: fortassis & casu recto non carere Nomen, quod & casus & genera in utroque numero habeat, ex quo hoc verbum non sit Gerundium, quamuis regat præterea post se casum more verborum Participiorumque, ex quo Nomen non esse pateat. Necio an perspicacius viderint, aut saltem magis perspicue docuerint, quibus Participia tantum, quotiescumque amittunt Tempus, in Nomina degenerant. Tantum liquet, qui statuant nullum Gerundium terminari in *Vs*, a Valla discedere prorsus. Sed finge, id ipsum Verbi participium, in Ablatiuo casu consequentiae saepe legi, rarius autem propter compositionis difficultatem in Nominatiuo, quidni fateamur, efficere hoc ambiguitatem aliquando posse. Præsens ne esset an Futurum? quam ob rem per Aëtium loqui Auctores mauerint. Adde, si videbitur, quod contingat frequentius, ut Participium in *dus* passiuæ acceptum transeat in Nomen, quid frugifeceris tandem, contemplare, quo minus possit eadem semita comites habere illos loquendi modos, quibus ex mente Grammaticorum una vox sensum gerat inter actuum & passiuum veluti medium; imo quorsum flectere necesse fit hoc Verbi genus, quod retenta forma communi hunc significatum passiuum prorsus deponat.

Præsentior mihi est memoria Belli Grammaticalis, quod inter Nomina et Verba exortum Joh. Spangenbergius aliquando lepide descriptis, quam ne mecum re-

cognoscam characterem Participii, cogitantis neutri se parti adhaerere posse, sine grandi rerum suarum pernicie, de seruanda autem amborum gratia ideo securi, quod clam vtramque inflaret tibiam, ac dissimulata ver-sutia, ambabus buccis hauriret spem potiundae olim personae, quae in magnis viris habeatur. Neque vero tacitus idem vlo modo praeterire potuit, Gerundia & Supina declinandorum ciuilium bellorum studio decernere, quod tutius videretur se cum his, qui loca vi-cina Verbo & Nomihi incolerent, Participioque se adjun-xissent, pro sapientia, quam in sinu ferebant, istuc ipsa-met configere.

Cæterum nescio, qua resfrigeratoria vi factum fuerit, vt apud plurimos in rep. litteraria versantes calorem & stu-dium incorrupte loquendi atque sermonem latinum ab omni vitio remotum pure seruandi prope extinctum sentia-mus, eo vsque, vt eos nec pudeat scripta sua tot vitiis ac sordibus commaculare. Non est omnino supersticio, ne-que nimia sollicitudo, odiosaue cunctatio, multoque minus partium amor aut aliquis fastus intolerabilis, quæ stimulum addant, neque metu cohibemur, ne exsuperantia in latini-tatem amoris odium incurrere, nedum famæ & nominis exi-stimationi aliquam maculam adspergere, nec in errores quoscunque incidere contingat. Sed quemlibet sanum fa-teri oportet, latinæ linguæ cognitionem, eandemque haud superficiariam omnibus, & maxime juri operam daturis es-se prorsus necessariam, nisi dedecori sibi putauerint, in optimis literarum studiis occupari suaque industria in commu-nem causam incumbere, vt magis illuc summopere contendant.



ERFURT, Diss., 1730 (1)

ULB Halle
003 749 266

3



TA-70L



B.I.G.

Farbkarte #13

16
174
Pri. 3 num. 44.
Erfurt 1930 46
5

CONTEMPLATIO
REPETITA ATQVE POSTERIOR
SUPERAMENTORVM
EX PRIMA
MATERIAE
ELABORATIONE FABRILI,
VULGO
des **S**ald - **S**pahns,

ID IMPRIMIS PERQUIRENS
QUOD IN EA CAUSA PRAECIPUE
IUSTUM EST.

AUCTORE
JOACHIMO JACOBO REINECCIO.

J. V. D.

HALAE MAGDEBURGICAE
LITTERIS VESTERIANIS MDCCCLXVII.

KÖNIGRIED
UNIVERS.
ZV HALLE